tur mediocres dęmones. qui pręſunt minoribus. ⁊ poteſtates intelligun
tur maiores dęmones. Nam de ſingulis ordinib; ceciderunt aliqui i qui
bus naturalia remanſerunt integra. vt dicit Dionyſius in de cęleſti hie/
rarchia Et inferiores dęmones obediunt ſupioribus vt magis et magis
poſſent nocere homībus (aduerſus mundi rectores) id eſt aduerſus dęmo/
nes q̄ regunt mundū. id ē mūdialiter viuētes (tenebraꝝ haꝝ) ſcȝ q̄ hoīes
mundiales habent tenebroſas animas. et ſunt in tenebris vitioꝝ. ⁊ per/

mini ſpirituſancto loquentes vobiſ/
metipſis in pſalmis ⁊ hymnis et can/
ticis ſpiritalibus cātantes ⁊ pſallētes
in cordibus veſtris domino Grās agē
tes ſemꝑ pro ōnibus in nomine domi/
ni noſtri ieſu chriſti deo et patri. Sub
iecti inuicem in timore chriſti

## ¶ Dominica. xxi. Epheſios. vi.

Onfortamini in domino ⁊ i po
tentia virtutis eius. Induite
vos armaturam dei vt poſſitis
ſtare aduerſus inſidias diaboli Quo/
niam nō eſt nobis colluctatio aduerſ9
carnem et ſanguinem. ſȝ aduerſus pri/
cipes et ptātes. aduerſus mundi recto
res tenebraꝝ haꝝ cōtra ſpūalia neq̄cię
in cęleſtib;. ꝓpterea accipite armaturā

ducentur post hoc ad tenebras exteriores (contra spūalia nequicie). id est cōtra malignos spūs (in celestibus). i. existentes in hoc aere caliginoso. d quibus dr Mat. xiij. Aues celi comederunt illud. scʒ semen semiatum id est verbum dei (ꝓpterea accipite armaturā dei) id est virtutes qbus de⁹ suos milites armat Nō armaturā mundi. quia cū hostes sint spūales ni hil valet cōtra eos armatura corpalis (vt possitis resistere) Ly. insultib⁹ demonum (in die malo) id est in pn̄ti vita. vbi imminet pugna temptatio nū (et in omnibus) tā prosperis q̄ȝ aduersis (pfecti stare) ita ꝙ nō franga/ mini in aduersis. nec eleuamini in prosperis. (state ergo succincti lūbos vestros) id est carnales cōcupiscentias cingulo castitatis frenantes. (in ve ritate) Gor. nō simulatorie vt hypocrite qui sūt quasi virgines fatue ha bentes vasa sine oleo (induite loricā iusticie) Ly. sicut em̄ lorica cooperit totū corpus. sic iusticia reddit vnicuiqȝ debitū (et calciati pedes). id est af fectiōes sint munite ꝟ tutibus. ne a vitijs de turpent (in ꝑparatio/ ne euangelij pacis). vt sitis ꝑparati ad p̄dicā dum euangeliū christi qui annunciat pacem eternam. (in omnib⁹). Gor. scʒ p̄lijs siue illa tis a carne siue a mū/ do siue a diabolo. (su/ mentes scutum fidei). Vin. id est fidem pro scuto. de quo dr Ps. xc. Scuto circūdabit te veritas eius Sicut em̄ scutum primo reci pit ictus. sic prime im pugnationes sunt ex pte fidei. Iteʒ scuto ꝓtegit sinistra ps corpis. sic fi/ des habet solū protegere in hac vita. quia nō erit fides post hanc vitā (in quo possitis tela nequissimi) Gor. id est acutas tēptationes diaboli (ig/ nea) id est de vitio ad vitiū inflammantia (extinguere) id est superare (7 ga leam salutis assumere) id est charitatem. sicut galea supponitur alijs ar/ mis. sic charitas alijs virtutibus ꝑponitur (et gladiū spūs) id est gladiuʒ spūalem (quod est verbū dei) qr pcussus verbo dei diuidit a mūdo. de hoc gladio dicitur Matthei. x. Nō veni mittere pacē sed gladiū 7c

**vt possitis resistere in die malo 7 in om nibus perfecti stare State ergo succin cti lumbos vestros in veritate. 7 indui te loricam iusticie et calciati pedes ī p̄/ paratione euangelij pacis In omnib⁹ sumentes scutū fidei. in quo possitis ō nia tela nequissimi ignea extinguere. 7 galeam salutis assumere 7 gladiū spi/ ritus quod est verbum dei**

**¶ Dñica. xxij. Philippen. ij.**

**Confidimus in domino iesu qui cepit in vobis opus bonū pficiet**

¶ Postilla.

Confidimus in dño 7c. Ante iniciū illius epistole scribit san. pau. sa lutādo Philippē. di. Grā vobis 7 pax a deo prē nrō 7 dño iesu christo.. Tunc sequitur ep̄l'a pn̄s Ubi notandū ꝙ ep̄l'a 7 euangeliū hodiernum cōcordant Quia in euangelio monemur ad habendam charitatem. Nō vt tm̄ bn̄faciamus proximo. sed etiam dimittamus iniurias nobis ab eo illatas. vtʒ in euāge.. Et ad illā pfectam charitatem inducit apl's nos in

pn̄ti ep̄la. vt patebit in textu dicens (Fratres cõfidimus) Vincen. id ē fiduciam habemus (in domino ieſu) nõ in aliqua alia creatura (quia qui cepit in vobis opus bonū perficiet) Lyra. ſicut em̄ inchoatio op̄is bona ē a deo. ita ⁊ cõſummatio (vſq; in diem ieſu chriſti) Vin. id eſt ad mortem cuiuſlibet hominis tunc deus manifeſtabit ſe cuilibet homini. ⁊ tūc reddet vnicuiq; iuxta op̄a ſua (Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire) id ē bonā opinionem habere (pro omnibus vobis) q2 dilectio facit bonum opinari de dilecto. ergo ſubdit (eo q habeam vos in corde) Gor. id eſt in intimo affectu charitatꝫ (⁊ in vinculis meis). Gor. id eſt in vincul' p euangelio patiendo (⁊ in defenſiõe euãgelij). id eſt dum euangeliū cõtra infideles defēdo (et cõfirmatione) id eſt dū infirmos in doctrina euangelij. ſcꝫ confirmo cuꝫ in omnib9 his iam enumeratis meõr veſtri ſum deſiderans. (vos om̄es eſſe ſocios gaudij mei) future remuneratiõis. quia q̄to plures ſocij. tanto maius gaudium (teſtꝫ em̄ mihi eſt deus) Vi. id eſt prebet teſtimonium (quō cupiam vos eſſe in viſceribus ieſu chriſti) id eſt intimo amore ieſu chriſti (⁊ hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet) Ly. quia charitas semp̄ creſcere poteſt (in omni ſcientia) ſcꝫ diſcretionis vt ametis proximos. ⁊ vitia eoꝝ nõ ametis (⁊ in omni ſenſu) ſcꝫ diligenter. quia omnibus bonis q̄ videt in eo quem amet cõgaudet. ⁊ malis eius ꝯpatitur (vt probetis potiora) Vin. id eſt probare poſſitis nõ ſolum bona. ſed etiam potiora. i. meliora ea ſequendo (⁊ ſitis ſinceres) id eſt puri ⁊ mūdi in vobis (⁊ ſine offenſa) ſcꝫ proximis veſtris (in diem chriſti) id eſt vſq; in finē vitę (repleti fructu iuſticię). id eſt bonis operibus quę ſunt fructus iuſticię (p̄ ieſum chriſtum. a cuius gratia venit omne meritū (in laudem ⁊ gloriam dei) Vin. vt digne poſſitis deum laudare ⁊ glorificare

vſq; in diem chriſti ieſu. Sic eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobꝫ eo q habeam vos in corde. ⁊ in vinculis meis. ⁊ in defenſione. ⁊ in confirmatione euangelij ſocios gaudij mei omnes vos eſſe Teſtis em̄ mihi eſt deus q̄modo cupiā vos om̄es in viſcerib9 ieſu chriſti. et hoc oro vt charitas veſtra magis ac magis abundet in omni ſciē tia ⁊ in omni ſenſu. vt probetis potiora. vt ſitis ſinceres ⁊ ſine offenſa in diē chriſti. Repleti fructu iuſticię per ieſuꝫ chriſtum in laudem ⁊ gloriam dei

¶ Dominica. xxiij. Philippen. iij

Imitatores mei eſtote et obſeruate eos q̄ ita ambulant ſicꝫ habetis formam noſtram. multi eī

¶ Poſtilla.

Imitatores mei eſtote ⁊c Ante iniciū illius epiſtolę ſcribit ſanct9 paulus in eodem capi. dicens Fratres. ego nõ arbitror meip̄m cõprehendiſſe. adhuc vnū autem Ly. ſupple eſt quod de me aſſero. q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̄dem retro ſunt obliuiſcēs. ad ea vero q̄ ſunt priora extendēs meip̄m.
Tunc ſequitur ep̄la p̄n̄s Ubi notandum ꝙ ep̄la ⁊ euangeliū cōcordant
Nam in euangelio legitur qualiter imaginem dei. id eſt aiam ſimilitudīe
ſua inſignitā deo reddere debem⁹ Cū dicitur Reddite q̄ ſunt ceſaris ce/
ſari. ⁊ que ſunt dei deo. Sic in epiſtola hodierna ap̄ls hortat̄ nos vt red
damus deo imaginē ſuam. ⁊ hoc fit imitando doctrinam ipſius ap̄li. ergo
dicit (Frēs imitatores mei eſtote) ſcȝ in fide ⁊ charitate (⁊ obſeruate eos).
id eſt attendite diligenter vt vos eis cōformetis (qui ita ambulant) de vir
tute in virtutem (ſicut habetis formā nrām) ſcȝ viuendi vobis traditam
verbo. exemplo. ⁊ ſcripto. multi eīn ambulant) ſcȝ via peruerſa (quos ſe/

**ambulant quos ſepe dicebam vobis**
**Nunc autem et flens dico inimicos crucis chriſti. quoꝝ finis interitus. q̄/rum deus venter eſt. et gloria in cōfuſi one ipſorum qui terrena ſapiūt. noſtra autem conuerſatio in celis eſt. vnde eti am ſaluatorem expectamus dominum noſtrum ieſum chriſtum. qui reforma/**

pe dicebam vobis). cū
eſſem p̄n̄s vobiſcum.
(Nunc autem ⁊ flēs di
co) hic notatur cōpaſ/
ſio ap̄li q̄ fleuit alioꝝ
miſeriam ⁊ ꝑditionem
⁊ per hoc inducere nos
volens ad cōpaſſionem
proximoꝝ (inimicos cru
cis chriſti) quia eorum
vita erat cruci chriſti
cōtraria. q2 in delitijs
viuebant quales fue/
runt guloſi ⁊ luxurioſi (quoꝝ finis interitus). ſcȝ eternus. q2 in fine cōſe/
quunt̄ pœnā eternā (q̄ꝝ de⁹ vēter eſt) q2 ſtudēt ei ſatiſfacere in oībꝫ Et q̄c
q̄d faciunt ꝑ vētre faciūt. ⁊ ip̄m tanq̄ȝ deū colūt (⁊ gl̄a eoꝝ). ſ. t̄palis (i ꝯ
fuſione ip̄oꝝ). i. ꝑducet eos ad ꝯfuſionē eternam (qui terrena ſapiūt) Ly
tm̄modo ⁊ nō cœleſtia (noſtra āt cōuerſatio in celis eſt) Gor. i. ſil̄is cōuer
ſationi celeſtium. quāuis ſumus in terra (vn̄ ſaluatorē). Gor. tā aiaꝝ q̄ȝ
corpoꝝ (expectam⁹ vētuꝝ ad iudiciū (dn̄m nrm̄ ieſū chriſtū q̄ reformabit)
ſcȝ in gn̄ali reſurrectione (corp⁹ hūilitatis noſtre) Ly. nō in nobꝫ mō eſt
hūiliationis occaſio. eo ꝙ ē corruptibile ⁊ putrefactibile. ⁊ corrodet̄ a ver
mibus. ⁊ in cineres reſoluetur (cōfiguratum). i. aſſil̄atū. (corꝑi claritatis
ſue) q2 ſcti reſurgēt in corꝑe glorioſo. ſicut ⁊ chriſtus reſurrexit (ſ̄m oꝑa/
tionē). i. potentiā oꝑandi (q̄ poſſit etiā ſubijcere ſibi oīa) ꝓpter creationem
eīn oīa ſunt ſibi ſubiecta q̄ de nullo fc̄a ſunt Et niſi ꝯſeruarent̄ a deo in
eſſe in nihil redigerentur (itaq̄ȝ frēs mei chariſſimi) Ly. i. mihi iūcti dile/
ctione ſp̄ūali (⁊ deſideratiſſimi). q2 deſiderabat eos videre t̄paliter hic ī vi
ta. ⁊ eternaliter in p̄ria (gaudiū meū) de vrō ꝓfectu (⁊ corona mea) docto/
ribus eīn debet̄ corona ſp̄ealis q̄ d2 aureola (ſic ſtate) ſcȝ firmi cōtra tri/
bulationes huius mundi (in dn̄o chariſſimi) ita ꝙ ab eo nullo mō euella
mini (Euchodiam rogo ⁊ ſynthicē dep̄cor idip̄m ſaꝑe in dn̄o) Ly. i. firmi
ter ſtare Iſte erāt due matrone quas cōfortat ſp̄ealiter ap̄ls. Tū ꝓpt̄ fra
gilitatē ſexus. Tum quia miniſtrauerant ſibi neceſſaria. ⁊ alijs p̄dicato
ribus. vt oſtenderet ſe gratum (etiā rogo ⁊ te germane) eſt nomē ꝓprium
compar) id eſt ſocius ⁊ adiutor meus in p̄dicatione (adiuua illas) ſcilicȝ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mulieres.que mecum laborauerunt in euangelio).ſcilicet mihi neceſſaria miniſtrando.⁊ non ſolũ mecum ſed(cum clemente ⁊ ceteris adiutoribus) in p̃dicatione verbi dei ipſis ſcꝫ et mihi neceſſaria miniſtrando. Poſtil

Non ceſſamus pro vobis orantes ⁊c Ante iniciũ illius epiſtole ſcribit ſanctus paulus in eodem capitulo dicens ſalutando amicabiliter Coloſſenſes. Gratia vobis et pax a deo patre nr̃o.⁊ dño nr̃o ieſu chriſto.gratias agimus deo ⁊ patri domini noſtri ieſu chriſti.ſemper pro vobꝭ orantes.ſcilicꝫ ego paulus.et thimotheus diſcipulus meus audiẽtes fidẽ veſtraꝫ in chriſto ⁊ dilectionẽ quam habetis in omnes ſanctos propter ſpeꝫ que repoſita eſt vobis ĩ celis. Tunc ſequitur preſens epiſtola Notandum ꝙ euangeliuꝫ et epiſtola p̃ſens concordant.quia in euangelio legit̃ de filia archiſynagogi iairi mortua quam domin⁹ ad deuotam petitionẽ patris reſuſcitauit. Sic etiam in epiſtola preſenti apoſtolus hortatur nos ad deuotã orationem per quam mẽs in deum eleuatur di.

bit corpus humilitatis noſtre cõfiguratum corpori claritatis ſue ſcd̃m operationem qua poſſit etiam ſubijcere ſibi oĩa Itaqꝫ fr̃es mei chariſſi. gaudiũ meuꝫ ⁊ corõa mea ſic ſtate in dño chariſſimi Euchodiã rogo ⁊ ſynthicẽ dep̃cor. idip̃m ſape in dño Etiã rogo et te germãe ꝯpar adiuua illas q̃ mecũ laborarũt ĩ euãgelio cũ clemẽte ⁊ ceterꝭ adiutoribꝫ meis ¶ Dominica.xxiiij Coleſſ.i.

Non ceſſamus pro vobis orantes et poſtulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius. in omni ſapientia et intellectu ſpiritali. vt abundetis digne. deo per omnia placentes in omni opere bono fructificãtes ⁊ creſcentes in ſcientia dei In omni virtute confortati ſcd̃m potentiam claritatꝭ ei⁹ In oĩ patiẽtia ⁊ longanimitate. cũ gaudio gratias agentes deo ⁊ patri. q̃ dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine. Qui eripuit nos de

(Fr̃es Non ceſſamus) Gor.horis oportunis(pro vobis orãtes) Ly.mẽte(⁊ poſtulantes)ſcꝫ ore(vt ĩpleamĩ agnitiõe voluntatis eius)vt plenius voluntateꝫ diuinã ꝯgnoſcatis q̃d velit ⁊ q̃d non(in oĩ ſapientia)quantũ ad cognitionẽ reꝝ ad vitã actiuã pertinentiũ(⁊ intellectu ſpiritali) quantum ad cognitionẽ ſpũaliũ ad contemplatiuã vitam pertinentiũ(vt ambuletis digne)ſcꝫ per viam huius vite ad patriam(deo per omnia placẽtes)per rectam intentionem ⁊ bonam voluntatem(in omni opere bono fructificantes)id eſt per bonam operationem ad deum.ad proximum.et ad ſeipſum(et creſcentes in ſcientia dei)id eſt in cognitione diuinitatis (In omni virtute confortati ſecundum potentiam claritatis eius).id eſt ſecundum filium qui eſt claritas patris per quam cõfortamur in bono.

(in omni cõpatientia) Lyra. per aduerſorum tolerantiam (⁊ lõganimita te) per certam premiorum expectationem (cum gaudio) Glosa nõ ex triſticia aut neceſſitate (in chriſto ieſu domino noſtro). ¶ Poſtilla

Ecce dies veniunt dicit dominus ⁊c̃. Ante inicium illius ꝓphetie. Locutus eſt dominus deus per ꝓphetam hieremiam dicentem. Ve paſtoribus qui diſpergunt et dilacerant gregem paſcue mee dicit dominus. Ideo hec dicit dominus deus iſrahel ad paſtores qui paſcunt populum meuʒ Vos diſperſiſtis gregem ⁊ eiciſtis eos. et nõ viſitaſtis eos Ego viſitabo ſuper vos maliciã ſtudiorum veſtroruʒ ait dominus. Ecce cõgregabo reliquias gregꝭ mei de omnib⁹ t̃ris ad q̃s eieceraʒ eos. Poſt hoc ſequitur epiſtola hodierna que eſt vltia dominica anni Pro q̃ notanduʒ ꝙ in prima et vltima domĩca eccleſia agit de aduentu chriſti In ſignũ ꝙ ipſe eſt alpha et o prim⁹ ⁊ nouiſſimus. primus in dignitate nouiſſimns in ſeruitute Unde Ber. Nemo illi ſublimior nemo illi humilior. Item in ſignũ ꝙ cuncta noſtra ꝑatio ab ipſo ſemper incipiat et per ipſum cepta finitur (Ecce dies veniunt dicit dominus) Ly ſcʒ chriſti veri dei et hominis (et ſuſcitabo dauid germen iuſtum) id eſt. chriſtum qui factus eſt ex ſemine dauid ſecundum carnem (et regnabit rex) Matthei. xxviij. Data ẽ mihi oĩs ptãs ĩ cœlo ⁊ in terra (⁊ ſapiẽs erit) ſapia increata ⁊ creata (⁊ faciet iudicium) diſcretiõis ĩ pñti deſcernẽdo fideles ab infidelib⁹ vocãdo aliq̃s ſuo iuſto iudicio licʒ nob̃ occulto (⁊ iuſticiã ĩ t̃ra). ſ. dãdo legẽ euãgelicã q̃ ꝯtinet ꝑfectã iuſticiã (In diebus ill̃ ſaluabitur iuda) id eſt quicumq; veraciter ꝯfitetur corde ⁊ ore nomẽ dñi (et iſrahel habitabit confidenter) Iſtud refertur ad ſtatũ eccleſie triũphãtis vbi ẽ ſumma ſecuritas (⁊ hoc eſt nomen ꝙ vocabũt eum domin⁹ iuſt⁹ noſter) ſcʒ iuſtificãs nos (ꝓpter hoc ecce dies veniũt dicit domin⁹ ⁊ nõ dicẽt vltra viuit dñs qui eduxit filios iſrl̃ de terra egypti) ſcʒ per moyſen. quia ſicut ad preſentiam maioris luminis minus offuſcatur ſic aduenientẽ beneficio incarnationis ieſu chriſti ⁊ redemptionis noſtre per euʒ perfecte obfuſcata ſunt omnia beneficia que fuerunt in veteri lege tanquaʒ modica aut nulla reſpectiue (ſed viuit domin⁹ qui eduxit nos ⁊ adduxit) Gloſa ordinaria per. chriſtum (ſemen domus iſrael de terra aquilonis. et de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc). Lyra. iſta aduocatio

poteſtate tenebraꝝ ⁊ trãſtulit in regnũ filij dilectionis ſue in quo habemus redemptionem ⁊ remiſſionẽ peccatoꝝ ꝑ ieſum xp̃m dñm noſtrum.

## ¶ Dñica. xxv. Hiere. xxiij.

Ecce dies veniunt dicit dñs et ſuſcitabo dauid germen iuſtũ et regnabit rex ⁊ ſapiẽs erit. et faciet iudicium ⁊ iuſticiaʒ in terra In diebus illis ſaluabit̃ iuda ⁊ iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus

intelligitur de vocatione ad fidē chriſti. quia de omnibus partibus terrę
ſunt aliqui vocati. et iſta vocatio maior eſt ⁊ excellentior incōparabiliter ō
nibus beneficijs veteris teſtamenti (⁊ habitabunt in terra ſua) in eccleſia
militante. ⁊ poſtea triūphante. quę eſt terra viuentiū promiſſa fidelibus
in premium (dicit dominus omnipotens). ¶ Poſtilla

Vidi ciuitatem ſanctam hieruſalem ⁊c. Ante inicium illius epi/
ſtolę ſcribit ſanctus Joannes in eodem capitulo dicens. Vidi cę/
lum nouum ⁊ terram nouā. primuz eñ cęlum ⁊ prima terra abijt.
Ly. hęc omnia in fine
mundi innouabūtur ī
claritate. vt patet Lu
cę. xxi. Cęlum ⁊ terra
tranſibunt. non quan
tum ad ſubſtantiam.
ſed quantū ad formaz
⁊ hoc totum cedet ad
gloriam electorum. q̇
ex creaturis laudāt de/
um. Tunc ſequitur p̄
ſens epiſtola (In die/
bus illis). Hic ſanct⁹
Joannes deſcribit in/
nouationem humanę
naturę quantuz ad e/
lectos di. (Vidi cīta/
tem ſanctam hieruſa/
lez) Lyra. id eſt electo
rū ſocietatem perfecta
charitate vnitam (no/
uam). Lyra. quantuz
ad corporis gloriam.
Corpora eñ ſanctorū
quę tunc ſunt corrup/
tibilia. groſſa. ponde/
roſa. ⁊ obſcura. Reſur
gent immortalia. ſub
limia. agilia. clara. et hoc fit ex gloria animarū ad corpa redundantia (de
ſcendentem de cęlo) Lyra. Nam animę beatę deſcendunt de cęlo vt corpa
reſumant et in iudicio compareant (a deo paratam) Lyra. dotibus ani/
mę ⁊ corporis (ſicut ſponſam ornatam) virtutibus (viro ſuo) id eſt ad ho/
norem viri ſui ſcz chriſti (Et audiui vocem magnam de throno) ſcz diui/
nę maieſtatis (dicentem Ecce tabernaculum dei cum hominibus ⁊ habi
tabit cum eis) Lyra. habitatio eñ dei cum hominibus erit inſeparabilis.
Quia beati ſemper habebunt apertam viſionem ⁊ perfectam fruitionez
(Et ipſi populus eius erunt) ſcz beati erunt ſicut ⁊ ipſe beatus eſt Unde
in p̄s. cxliij. Beatus populus cui⁹ dñs deus eius Unde et Leuiti. xxvi.

noſter. propter hoc ecce dies veniēt di
cit dominus. ⁊ non dicent vltra viuit
domin⁹ qui eduxit filios iſrahel de ter
ra egypti. ſed viuit dominus qui edu/
xit et adduxit ſemen domus iſrahel de
terra aquilonis ⁊ de cunctis terris ad
quas eieceram eos illuc ⁊ habitabunt
in terra ſua dicit domin⁹ omnipotens

¶ In feſto Dedicationis templi.
Apocalipſ. xxi.

Vidi ciuitatem ſanctam hieruſa
lem nouam deſcendentez de cę/
lo a deo paratam. ſicut ſponſaz
ornatam viro ſuo. Et audiui vocē ma
gnam de throno dicentem Ecce taber
naculum dei cū hominibus ⁊ habita/
bit cum eis Et ipſi populus eius erūt
et ipſe deus cum eis erit eorum deus
Et abſterget deus omnem lachrymaz

Ego ero veſter deus voſq́ eritis mihi populus(ꝛ ipſe deus cum eis erit eorum deus)Glo. ordinaria. Quia nūq́ ab eis expelletur qꝛ nūq́ peccabunt contra deū (Et abſterget deus omnē lachrymā. ab oculis eorum) diuerſe ſunt lachryme quibus in hac vita affliguntur electi. Et ideo in futurum fugatis doloribus omnis lachryma ab oculis eorum dicit abſtergi(et mors vltra non erit)id eſt ſepatio anime et corporis(neq́ luctus)p alienis miſerijs (neque clamor).ſ.pro pugna ſpiritus ad carnem (neque dolor)de peccatis proprijs(erit vltra)Vnd Eſai.li. Leticia ſempiterna ſup capita eorum.gaudium et leticiam tenebunt et fugiet dolor et gemit⁹ (quia prima abierūt)Haymo i preſenti vita boni hec iaz enumerata ſuſtinent.ſed in futura vita .nihil mali ſuſtinebunt(et dixit qui ſedebat in throno)ſcilicz deus omnipotens q̄ pſidet eccleſie ſue.(Ecce noua facio omnia) Lyra.ſcilicet cœlos ꝛ elementa et electorum corpora vt patet Eſa. lxv. Ecce ego creo cœlos nouos ꝛ trā nouā

ab oculis eorum et mors vltra non erit neq́ luctus neq́ clamor neq́ dolor erit vltra quia pma abierunt Et dixit qui ſedebat in throno Ecce noua facio omnia.

¶Incipit vlteri⁹ poſtilla ſup eplas de ſāctis p anni circulum ſcdm ſēſum lrāle. Primo ſcti. Andree apli. Roma.x.

Orde creditur ad iuſticiam ore aūt pfeſſio fit ad ſalutez .Dicit em̄ ſcriptura. Ois q̄ credit in illuz non confūdet Nō em̄ eſt diſtinctio iudei ꝛ greci. Nā idē dn̄s oīm diues i oēs qui inuocant illum Ois em̄ q̄cūq́ īuocauerit nomē dn̄i ſalu⁹ erit. Quō ergo inuocabūt in quem nō crediderūt aut quō credēt ei:

¶Poſtilla

Orde creditur ad iuſticiam.ꝛc. Ante inicium illius epiſtole. Scribit ſanctus paulus in eodem capitulo dicens. Si confitearis in ore tuo dominum ieſum .et in corde tuo credideris.ꝙ deus illum excitauit a mortuis ſaluus eris. Tunc ſtatim ſequitur preſens epla(Fratres.Corde creditur ad iuſticiam)Gorra id eſt ad iuſtificationem habendam (ore autem confeſſio fit ad ſalutem)id eſt ad perfectionē ſalutis neceſſe eſt eniz fidem confiteri pro loco ꝛ tempore. In ſignū hui⁹ recipit homo ſacramētū pfirmatiōis in frōte Vnd dicit i decretis Cōfirmatio iō in frōte poit vt a recipiēte fides ſine erubeſcētia publicet de pſe.diſ.v. Nouiſſie Vnd Lu.xij. Qui me pfeſſus fuerit corā homībus pfitebor ꝛ ego eum coraz patre meo.(Dicit enim ſcriptura)ſacra veraciter(Ois q̄ credit in illum nō pfundet)ſupple eternaliter(non em̄ diſtinctio eſt iudei et greci)Lyra. quātum ad iuſticiam que eſt per fidem chriſti(nam idem dn̄s omnium) ſcilicet iudeoꝝ ꝛ gētiliuz(diues in omnes)Gor.id eſt ditans omnes)q̄ inuocant illuz)ſcilicet fide et corpore (omnis q̄cūq́ īuocauerit)nō pboten⁹

ſed corde intimo(nomē domini)id eſt filium patris.in quo ſicut ꝑnomine
eſt notificatio patris(ſaluus erit)ab ęterno ſupplicio.(Quomodo ergo ī
uocabunt in quem nō crediderūt)Lyra.qua ſi dice.nullo modo.quia ora
tio p̄ſupponit fidem orantis(aut quomodo credent ei quē nō audierūt?)
quia fides p̄ſupponit auditum.vel a deo intus ꝑ inſpirationē.vel ab ho
mine exterius ꝑ p̄dicationem(Quomodo aūt audient ſine p̄dicāte?)Ac
tus autē prędicandi p̄/
ſupponit autoritatez
officij.ideo dicitur.(q̊/
modo ꝟo predicabūt
niſi mittanṫ?)ſcilicet a
deo.ſicut olim prophe
tę vel apoſtoli eius lo
cū tenentes ſicut p̄di/
catores alij.Gor.aliṫ
autem non eſt prędicā
dum.ſic; nec ipſe chri/
ſtus filius dei p̄dicare
voluit.niſi miſſ⁹ a pa
tre.vt patet Luc.iiij.
Oportet me etiā alijs
ciuitatibus euangeli/
ſare regnū dei.qꝛ ad h̊
miſſus ſum(Scriptuz
eſt)Eſaię.lij.(Quam
ſpecioſi)id eſt bene for
mati(ſunt pedes euā/
gelizantiū pacem)id ē
reconciliationem hoī/
nis ad deū(euangelizā
tium bona).ſ.futura.
(ſed nō omnes obediunt euangelio).Gor.quaſi di.Oēs quidē audiunt.
ſed nō oēs obediunt euangelio.p̄dicationem eius recipiēdo Quia genti/
les et iudęi ꝛ hęretici nō obediūt.ſed ſolum boni chriſtiani(Eſaias eniz
dicit)vt habetur Eſaię.liij(Domine quis credidit auditui noſtro?)Goꝛ
quod a nobis audiuit.quod a te audiuimus.q.di.aliquis credit.ſ; nō ō/
nes(Ergo fides ex auditu)Goꝛ.ꝛ ſi deus intus doceat.nō tñ p̄dicatoꝛ ex
terius nūciat(auditus aūt ꝑ verbū chriſti)loquētis in apl'is..vtz Mat.
x.Non eñ eſtis vos qui loquimini.ſed ſpūs pr̄is veſtri qui loquiṫ in vo
bis Jtem Lu.x.Qui vos audit me audit ꝛc̄.(Sed dico.Nūquid non
audierunt?)Ly.id eſt hñt ne excuſationem ſuę infidelitatis ꝓpter defe/
ctū publicatiōis.quaſi diceret.nō ad qd̄ inducit autoritatē ꝓphetę dauid.
quę hētur in p̄s.xviij(Et quidē)Goꝛ.id eſt certe(in omnē terrā)quantuz
ad terras medias(exiuit ſonus)id eſt fama(eorum.ꝛ in fines orbis terrę)
id eſt in terras extremas(verba eorum)id eſt prędicatio vel auditus.prędi
cationis eorum.

quem non audierunt Quomodo autē
audient ſine prędicante?quomodo ve/
ro prędicabunt niſi mittantur? Sicut
ſcriptum eſt.Quam ſpecioſi pedes eu
angeliſantium pacem.euangeliſantiū
bona Sed nō omnes obediunt euan/
gelio Eſaias eñ dicit Domie quis cre
didit auditui noſtro.ergo fides ex au/
ditu.auditur autem per verbū chriſti.
Sed dico Nunquid non audierunt?
Et quidem in omnem terram exiuit ſo
nus eorum:et in fines orbis terrę ver/
ba eorum.

In feſto ſancti Nicolai epiſcopi ꝛ ꝯ
feſſoris

Ece ſacerdos magnus qui in ꝛc̄.
Quere infra in cōmuni ſanctorū
de confeſſoribus

Ominus poſſedit me ab .ꝛc. In feſto ꝯceptionis beatę marię vir/ginis pro epiſtola pn̄s lectio ſm̄ ſeculares legitur. quę lectio principaliter exponitur de ęterna ſapientia. quę chriſtus eſt filius marię virginis. honor aūt filij eſt honor matris ꝛ ecōuerſo. honor matris eſt honor filij Unde Bern̄. omel. iiij. ſuper. miſſus eſt. dicit Nō eſt dubiū quicq̇d in laudibus matris proferimus ad filium pertinere. Et rurſum cū filiū honoramus a laudibus matris nō recedimus. Unde dicit ęterna ſapientia

## In feſto conceptionis glorioſiſſimę virginis Marię. Prouer. viij.

Ominus poſſedit me ab inicio viarum ſuarū anteq̄ quicq̄ faceret a principio ab ęterno ordinata ſum. ꝛ ex antiquis anteq̄ terra fieret. Necdum erant abyſſi. et ego iam cōcepta eram. Necdum fontes aquaꝝ eruperāt. necdum montes graui mole conſtiterant. Añ omnes colles ego parturiebar. adhuc terrā nō fecerat ꝛ flumina ꝛ cardines orbis terrę Quando pparabat cęlos aderam. Quando certa lege ꝛ giro vallabat abyſſos. Quando ęthera firmabat ſurſum ꝛ librabat fontes aq̄ꝝ Quando circūdabat mari terminum ſuum et legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos Quando appēdebat fundamenta terrę cum eo eram cuncta componens. Et delectabat per

(Domin⁹ poſſedit me ab inicio viaꝝ ſuarū) Ly. id eſt opeꝝ ſuoꝝ (anteq̄ quicq̄ faceret a principio) id eſt ante oēm creationē. (ab ęterno ordinata ſum Necdum erant abyſſi et ego iam ꝯcepta erā Necdum fontes aquarum eruperant). ſcʒ de locꝭ ſubterraneis. (necdum montes ḡui mole cōſtiterant) id eſt ſuper terram planā eleuati. (Ante omnes colles ego parturiebar). id eſt procedebam a fecunditate paterna. (adhuc terram nō fecerat ꝛ flumina) id eſt creaturam viſibilē (ꝛ cardines orbis terrę). i. ꝑtes mundi pīcipales quę ſunt. oriens. occidens. auſtrum ꝛ aquilo (Quando pręparabat cęlos aderam) indiuiſa em̄ ſunt oꝑa trinitatis Et iō filius q̇ eſt ſapīa genita. ſemper operaꝛ cū prē. vtʒ Joan. v. Pater meus vſq̄ mō oꝑaꝛ et ego operor. (qn̄ certa lege ꝛ gyro vallabat abyſſos). i. ꝯcauitates vbi cōgregatę ſunt aq̄ vt apparerē arida habitatiōi hoīʒ ꝛ aīaliū terreſtriū apta (qn̄ ęthera firmabat ſurſum). i. ſphęrā ignis q̄ naturaliter ſurſū ferꝛ. Illa eī ꝑs elementorū q̄ cōtigua eſt ſphęrę lunę ęther vocaꝛ (ꝛ librabat fontes aquaꝝ) ꝯſtituens eos in pondere. in numero ꝛ menſura (qn̄ circūdabat mari terminū ſuū) ne afflueret ꝛ oꝑiret aridā (qn̄ appēdebat fundamēta t̃rę). i. ꝑtes īferiores terrę circa centꝝ. q̄ ſunt q̄daʒ fundamēta ſuꝑioꝝ ꝑtiū (cum eo erā cuncta cōponens) qꝛ indiuiſa ſunt oꝑa trinitatis (ꝛ delectabar per ſingulos dies) id eſt ęternaliter gaudebam cum patre et ſpirituſancto. (ludens

coram eo oĩni tempore.et ludens in orbe terraꝝ)id eſt ludũ faciens de or/
be terraꝝ qui ſimilis eſt ludo pilę q̃ de vno transfertur ad aliũ ſm̃ quan
dam reuolutionẽ.quia regna terrę trãſfert atq̃ ꝯſtituit de gente in gentẽ
(⁊ delitię meę ẽ eẽ cuz filijs hoĩm)ſcʒ per grãm(nunc ergo filij)ſcʒ ꝑ adop
tionẽ(audite me)ſcʒ per debitã attentionẽ(beati qui cuſtodiũt vias me/
as)id eſt viã mandatoꝝ ⁊ viam ꝯſilioꝝ(audite diſciplinam(de moribus
humanis(et eſtote ſa/
pientes)in diuinis.(et
nolite abijcere eã. Be
at⁹ hõ qui audit me).
ſcʒ mihi obediendo(et
q̇ vigilat ad fores me/
as quotidie).ſ. in loco
diuini cultus deuote o
rando(⁊ obſuet ad po
ſtes hoſtij mei .Qui
me inuenerit) ꝑ grãm
(inueniet vitam)ſcili/
cet eternam (⁊ hauriet
ſalutem a dño) qui eſt
fons ſalutis

ſingulos dies ludens corã omni tpe et
ludẽs in orbe terraꝝ. ⁊ delitię meę eẽ
cũ filijs hominũ Nũc ergo filij audite
me beati qui cuſtodiũt vias meas Au
dite diſciplinam ⁊ eſtote ſapiẽtes ⁊ no
lite abijcere eaʒ. Beat⁹ homo q̇ audit
me ⁊ q̇ vigilat ad fores meas quotidie
et obſeruat ad poſtes hoſtij mei. Qui
me inuenerit inueniet vitam ⁊ hauriet
ſalutem a domino.

¶ In feſto ſancti Thomę apoſtoli.

Am nõ eſtis hoſpites ⁊c̃ : Quere
ĩfra in cõmuni ſanctoꝝ.

¶ In feſto ſancti. Stephani ꝓthomar
tyris Actu.vi.et.vij.

N diebꝰ illis Stephanꝰ plenus
gratia ⁊ fortitudine faciebat pro
digia et ſigna magna in populo. Sur
rexerunt autem quidam de ſynagoga:
quę appellabatur libertinorum ⁊ cyre

¶ Poſtilla
N diebus illis
Stephan⁹ ple
nus grã ⁊c̃. An
te iniciũ illus epiſtolę
ſcribit ſanct⁹, Lucas.
ꝙ poſt aſcenſionẽ chri
ſti verbum domini cre
ſcebat ⁊ multiplicaba
tur numerus diſcipu/
loꝝ in hierusalem val
de.ml'ta etiã turba ſa
cerdotũ obediebant fi
dei. Tunc ſtatim ſeq̇̃ epiſtola pręſens (Stehanus plen⁹ gratia) Lyra.
ad bene operandum(et fortitudine)aduerſa tolerando(faciebat ꝓdigia et
ſigna magna in populo)ad veritatem fidei catholicę confirmandaʒ(ſur/
rexerunt quidam de ſynagoga quę appellabatur libertinoꝝ) a regiõe ſic
nominatoꝝ Ut dicit Gloſa interli.(⁊ cyrenenſium)a cyrene ciuitate(⁊ a
lexandrinoꝝ)id eſt ab alexandria metropoli ęgypti(et eoꝝ qui erant a cili
cia ⁊ aſia)nomina ſunt regionũ iudeę ꝓpinquarum.(diſputantes cum ſte
phano)fidem catholicam verbis quantum poterant impugnando(et nõ
poterant reſiſtere ſapientię et ſpiritui qui loquebatur)ſcʒ ſcd̃m quod pro
miſerat ſaluator dicens. Lu.xxi. Ego dabo vobis os et ſapientiam.cui
nõ poterunt reſiſtere et contradicere omnes aduerſarij veſtri Tunc pꝰ
hoc redarguebat eos acriter dicens(Dura ceruice)id eſt obſtinata mente

(⁊ incircūciſi cordibus ⁊ auribus)id eſt a vitijs ⁊ ſordibus.(vos ſp ſpūiſā
cto reſiſtititis)qui locutus ē per pphetas de chriſto(cuiꝰ nūc ꝑditores et
homicide fuiſtis) Ly.eius crucifixionē procurando (audientes autē hec
diſſecabantur cordibus ſuis(Ly.quia nō habebant rōnem interficiendi
eum Et tñ omnibus modis interficere volebant Et ſic diſſecabant inte
rius.quia paſſio ꝑualens diſcrepabat a rōne(Et ſtridebant dentibus in

nenſium ⁊ alexandrinoꝝ ⁊ eoꝝ q̄ erant
a cilitia ⁊ aſia diſputantes cuz ſtepha/
no Et non poterant reſiſtere ſapientię
⁊ ſpiritui qui loquebatur Dura ceruī/
ce ⁊ incircūciſi cordibus ⁊ auribꝫ vos
ſp ſpirituiſcō reſiſtitis ſicut prēs vri ⁊
vos Quē pphetaꝝ nō pſecuti ſunt prēs
veſtri: Et occiderunt eos qui prenun/
ciabant de aduentu iuſti. cuius nunc
proditores ⁊ homicidę fuiſtis Audien
tes aūt hęc diſſecabantur cordibꝫ ſuis
⁊ ſtridebant dentibus in eū Cū autem
eſſet ſtephanus plenus ſpiritu ſancto.
intendens in cęlum vidit gloriam dei.
⁊ ieſum ſtantem a dextris virtutis dei
Et ait Ecce video cęlos aptos ⁊ filiuz
hominis ſtantem a dextris virtutꝫ dei.
Exclamantes autē voce magna cōti/
nuerunt aures ſuas et impetum fece
runt vnanimiter in eum Et eijcientes
eum extra ciuitatem lapidabant Et te

eum)ſicut canes rabi/
di(Cum autē eſſz ſte/
phanus plenus ſpūſā
cto intendēs in cęluz)
vbi fiduciaz ſuaz col/
locauerat(vidit glori/
am dei)ad ꝯfortatōez
ſuaz ex ſpeciali grā (et
ieſum ſtantē a dextris
virtutꝫ dei) Ly.ad de
ſignandū ꝙ erat para
tus ad eius roborati/
onem.quia ſtare ꝓpri/
um eſt adiuuantis ī ꝓ
lio.Sedere aūt ꝓpriū
eſt iudicantis vel reg/
nantis.(Et ait .Ecce
video cęlos apertos.
et filiū hominis ſtātez
a dextris virtutis dei)
Ly..Nō eſt hic intel/
ligendū ꝙ cęli fuerīt di
uiſi.cum ſint incorru/
ptibiles. ſz qꝛ clare vi
dit ac ſi nullū eſſet ob
ſtaculum intermedi/
um(exclamantes autē
voce magna)ne audi/
rent ſtephani verba.

(Continuerunt aures ſuas ⁊ impetū fecerunt vnamiter in euz)non rati/
ne ſed furia moti(⁊ eijcientes eum extra ciuitatem lapidabant)tanq̄ȝ bla
ſphemuz Modus em̄ erat blaſphemos extra ciuitatem lapidari Unde
dicit dominus ad moyſen Leuitici.xxiiij.Educ blaſphemuz ⁊ obruet e/
um omnis populus lapidibus(Et depoſuerunt veſtimenta ſua ſecꝰ pe/
des adoleſcentis qui vocabatur ſaulus) Lyra.vt expeditius ⁊ celerius eū
interficerent(⁊ lapidabant ſtephanū inuocantem ⁊ dicentem (Domīe ie
ſu ſuſcipe ſpūm meum Poſitis aūt genubus) Ly.vt in orando modꝰ eſſz
deuotus(clamauit voce magna)qꝛ procedebat ex affectu magno ad ꝓxi/
morū ſalutem dicēs(dn̄e ne ſtatuas illis hoc peccatū) Ly.reſeruando eis
pœnam ęternam.ſed da eis pœnitentiā Unde Beda Stephanus ꝓ ſeip

ſo ſtando orauit. ſed pro inimicis flexis genubus ꝛc. (Et cū hoc dixiſſ) ex feruore charitatis ſcōm dictum ſaluatoris. Mat. v. Orate ꝑ calumniantibus et perſequentibꝫ vos (obdormiuit in dn̄o) Nam aīa eius ſanctiſſima abſorpta fuit in abyſſo ſuperne claritatis ꝛc Sequit̄ in textu (Saulus aūt erat cōſentiens neci eius.. Facta aūt eſt illa die ꝑſequutio magna in eccleſia q̄ erat a hieroſolymis. et oēs diſperſi ſunt per regiones iudeę ⁊ ſamarię. p̄ter apl'os Curauerunt aūt ſtephanū) Lyra. id eſt decenter ſepelierunt (viri timorati) id eſt timentes deū Inter q̊s gamaliel fuit principal'. (⁊ fecerūt planctū magnū ſuper eum)

Poſtilla..

In diebus illis vidi ſupra montem ꝛc. Ly. i. in eccleſia triumphante quę dicitur mons ſyon. vt habet̄. Hebreo. xij (agnū ſtātem) id eſt chriſtū qui eſt agnus dei. vt habetur Jo. i. ca. (et cū eo centū quadragintaq̄tuor millia). in tali numero venerant̄ pueri inocentes. quoꝝ feſtū peragitur ſcōm illā viſionē quę oſtenſa ē ioanni quādo a Domiciano cęſare in exilium miſſus fuit. vbi ſcripſit librum Apocalipſ. Sed tamen certus numerus puerorum innocentū. nō repitur certitudinaliter in ſcripturis. (habentes nomen eius ⁊ nomen p̄ris eius ſcriptū in frontibus ſuis Et audiui vocem de cęlo tanq̄ vocem aquaꝝ multaꝝ) id eſt multitudinis ſcōrum (⁊ tanquā vocē tonitrui magni) in quo deſignatur magnitudo laudis eius Nō ſolum ex laudantiū multitudine. ſed etiam ex modo laudiſ ⁊ qualitate (Et vocē quā audiui ſicut citharedoꝝ citharizantiū in citharis ſuis) Nam hęc laus eſt coram deo ⁊ angelis eius gratioſa (⁊ cātabāt quaſi canticū nouū qui dicti laudantes ſunt de numero ſanctoꝝ noui teſtamenti (an̄ ſedem) ſcꝫ dei (⁊ an̄ quatuor aīalia ⁊ ſeniores) id ē in p̄ntia ſanctorum patriarcharum ⁊ ꝓphetarum in cęlo exiſtentiū (et nemo poterat dicere canticum nouū. niſi illa centum quadragintaquatuor millia qui empti ſunt de terra) ſcilicet de ſanguīe chriſti. (Hi ſunt qui cū mulieribꝰ

ſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui vocabat̄ ſaulꝰ Et lapidabant ſtephanum inuocātē ⁊ dicētē Domine ieſu ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autē genubꝰ clamauit voce magna dicēs. Dn̄e ne ſtatuas ill' hoc peccatum Et cum hoc dixiſſet obdormiuit in dn̄o

In feſto ſancti Joānis apl'i et euan.

Qui timet deum faciet bona ꝛc Quere etiā in cōmuni ſāctoꝝ de euangeliſtis cal'. xiiij.

In feſto puerorū innocentū ſcri. Apo

In diebꝰ illis vidi ſupra mōtē ſyō agnū ſtātem ⁊ cū eo centum quadragintaquatuor millia habentes nomē eius. ⁊ nomen p̄ris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui vocē de cęlo tanquā vocē aquaꝝ multarum et tanq̄ vocem tonitrui magni.

nō ſunt coinquinati.virgines em̄ ſunt)integritatē carnis ſeruando(hi ſe/
quūtur agnū quocunqꝫ ierit Hi empti ſunt ex hoībus primitię deo) id ē
gratioſi ſunt primi fructꝰ ꝛ magis delectabiles(ꝛ in ore eoꝝ non eſt inuē/
tum mendaciū) Nam pueri iſti veritatem fidei nō loquendo. ſꝫ moriēdo
cōfeſſi ſunt(ſine macula ſunt anͣ thronū dei)nā macula peccati originalis
purgata fuit virtute ſui martyrij.

Et vocē quā audiui ſicut citharedorū
citharisantiū in citharis ſuis: ꝛ cāta//
bant quaſi cāticū nouū anͣ ſedē ꝛ anͣ q̄//
tuor aīalia ꝛ ſeniores Et nemo poterat
dicere canticū.niſi illa centū quadragī
ta q̄tuor millia ꝗ empti ſūt de t̄ra. Hi
ſunt q̄ cū mulieribꝫ nō ſunt coinq̄nati.
ꝟgines em̄ ſūt Hi ſequūt̄ agnū q̄cūqꝫ
ierit Hi empti ſūt ex hōibꝫ primicię deo
ꝛ agno Et in ore eoꝝ nō eſt inuētuꝫ mē
daciū Sine macula ſunt anͣ thronū dī

## In cōuerſione ſcī pauli apl'i Ac.ix

Aulus adhuc ſpirans minarū.
ꝛ cędis in diſcipulos dn̄i. acceſ//
ſit ad principem ſacerdotū. ꝛ petijt ab
eo epl'as in damaſcum ad ſynagogas.
vt ſi quos inueniret huiꝰ vię viros ac
mulieres vinctos ꝑduceret ī hierl'z Et
cū iter faceret. ꝯtigit vt appropinq̄ret

### Poſtilla

Aulus aūt adhuc ſpi. ⁊c̄ Anͣ inciū illiꝰ epiſtolę ſcri.ſan.lucas ꝙ di
ſcipuli q̄dā erāt diſꝑſi poſt lapidatiōem ſancti ſtephani ꝑtrāſibāt
euangelizantes ꝟbuꝫ
dei. Philippus auteꝫ
deſcendens in ciuita/
tē ſamarię ꝑdicabat il
lis chriſtū. Intēdebāt
autē turbę his q̄ a phi
lippo dicebant̄ vna/
nimiter audientes ꝛ vi
dentes ſigna quę faci/
ebat.multi em̄ eorū ꝗ
habebant ſpūs.immū
dos.diabolos.clamā/
tes voce magna exi/
bant.multi aūt para/
litici ꝛ claudi curati
ſūt Factū eſt ergo ma
gnū gaudiū in illa ci/
tatē Tunc poſtmodū
ſequitur epl'a hodier/
na(Saulꝰ adhuc ſpi/
rans) Ly.i.ex vehem
ti ſpū ignem ꝑſecutio/
nis in ſe accendens. et
in alijs contra ecclm̄
(minarum)in verbis ī
iurioſis(et cędis)id eſt
verberibus et flagell'
(in diſciſcipulos domi
ni).id eſt credentes in
chriſtum qui tunc dicebantur diſcipuli.quia nondum nominabant̄ chri
ſtiani(acceſſit ad principem ſacerdotum) Lyra.non vocatꝰ.ſed ſe ingerēs
voluntate nocendi inflammatus(et petijt ab eo epiſtolas)vt ex eius au/
toritate magis poſſet nocere fidelibus(in damaſcum ad ſynagogas) Ly
vt ibi ꝑſeq̄retur credētes.ſicut fecerat in hierl'm(vt ſi quos inueniret huiꝰ
vię viros ac mulieres vinctos ꝑduceret in hierl'm Et cū iter faceret ꝯti/
git vt appꝓpīquaret damaſco. ꝛ ſubito circūfulſit eū lux de cęlo) Ly. Sicꝫ
ſolet fieri in choruſcatione ꝛ fulgure(ꝛ cadens in terrā)prę ſtupore. ꝛ ad/

miratione(audiuit vocem).ſcꝫ auditu corporis ⁊ mentis .(dicentem ſibi.
Saule ſaule)hec duplicatio fit ad magis mouendam eius attentionem
(quid me perſequeris?)ſcilicet in membris meis.que perſequebatur ſau/
lus.non chriſtum in propria perſona.quia iam ſedebat ad patris dexte/
ram glorioſus(qui dixit.quis es domine Et ille.ego ſum ieſus quē tu ꝑ
ſequeris.durū eſt tibi cōtra ſtimulū calcitrare)id eſt potentiori te incom
parabiliter reſiſtere(et tremens ac ſtupens) Ly.de cogita chriſti poteſta
te.quem añ non crede/
bat in celo regnare.ſed
magis vt falſum pro/
phetam cū damnatis
eſſe(dixit.domīe quid
me vis facere?)qua.d.
ex nūc facere paratus
ſum tibi in oībus obe
dire(⁊ dñs ad euꝫ.ſur/
ge ⁊ ingredere ciuitatē
⁊ dicetur tibi quid te
oporteat facere).Jn h
oſtēdit chriſt' ꝙ vult
ꝙ vn' homo informet
ab alio(viri auteꝫ illi
qui comitabant cū eo
ſtabant ſtupefacti.au
dientes q̇dem vocē).ſ.
pauli.non autem chri
ſti.qui audiebāt pau
lum diceteꝫ.quis es
domine.quid me vis
facere?(neminē autem
videntes)quia non vi
debant aliquā perſo/
nam ad quam dirige/
ret ſermonem.ideo ſta
bant ſtupefacti(ſurrex
it autē ſaulus de terra
apertiſque oculis nihil videbat.⁊c̄)Lyra ſcilicet viſu corporali.videbat
autem viſu mentali.quia ſcd̄m doctores cōmuniter in illo triduo fuit ra
ptus vſque ad celum tercium(et non manducauit neqꝫ bibit) Lyra.ſu/
ſtentatus illa viſione.ſicut et moyſes quadraginta diebus in monte ſy/
nai(erat autem quidem diſcipulus damaſci nomine ananias) Lyra.qui
de iudaiſmo ad fidem chriſti conuerſus fuit ſcientia ⁊ vita famoſus(⁊ di
xit ad illum in viſu dominus anania.At ille ait Ecce ego domine. Et
dominus ad eum Surge et vade in vicum qui vocatur rectus ⁊c̄) Lyra
hoſpes enim pauli iudas vocabatur.(ſaulum nomine tharſenſem).id eſt
de tharſo oriundum(ecce enī orat)eſt enim oratio eleuatio mentis ī deuꝫ

damaſco.et ſubito circūfulſit eū lux de
celo.⁊ cadens in terrā audiuit voceꝫ di
centem ſibi.ſaule ſaule q̇d me ꝑſeque/
ris?Qui dixit Quis es domine? Et il/
le.Ego ſum ieſus quē tu perſequeris.
Duruꝫ eſt tibi contra ſtimulum calci/
trare.Et tremens ac ſtupens dixit Do
mīe quid me vis facere?.Et domin' ad
eum Surge et ingredere ciuitatem.et
ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.
Viri autē illi qui comitabantur cū eo
ſtabant ſtupefacti.audientes quidem
vocem neminem videntes Surrexit
autem ſaulus de terra.apertiſqꝫ ocu/
lis nihil videbat. Ad manus autem
illum trahentes introduxerūt damaſ/
cum. Et erat ibi tribus diebus non
videns et non manducauit neque bi/
bit.. Erat autem quidam diſcipu/
lus damaſci.noīe Ananias..et dixit
ad illum in viſu dominus.Anania.

vt inquit hugo in de orõne. Fuerat aũt vſq; ad tercium cęlũ raptus. ꝛ ex
illo raptu egreſſus deo gratias agebat (ꝛ vidit) in reuelatione dñi (viruȝ
ananiam nomine) ita ꝙ reuelatio ſibi facta fuit nõ ſolum de perſona. ſed
etiam ꝓprio nomine (introeuntẽ ꝛ imponentẽ ſibi man⁹ vt viſum recipi/
at) Ly. Hęc aũt impoſitio erat ad curationẽ corꝑalem. ſicut de btõ lau/
rentio legitur ꝙ ponebat manus ſuꝑ cęcorum oculos ꝛ illuminabantur
(rñdit aũt ananias) Ly. ſcȝ excuſando. eo ꝙ ſaulus erat famoſus in per/

At ille ait Ecce ego dñe. Et dñs ad eũ
Surge ꝛ vade in vicũ qui vocatur re
ctus ꝛ quere in domo Judę Saulũ no
mine tharſenſem Ecce em̃ orat Et vi//
dit virum ananiam noĩe. introeuntem
et imponentẽ ſibi man⁹ vt viſum reci//
piat Rñdit aũt ananias Domine au//
diui a multis de viro hoc. quanta ma//
la fecerit ſanctis tuis in hieruſalez. Et
hic habet poteſtatez a principib⁹ ſacer
dotum alligandi oẽs qui inuocant no
men tuum Dixit autẽ ad eum domin⁹
vade qm̃ vas electiõis eſt mihi vt por
tet nomen meũ coram gentibus ꝛ regi
bus ꝛ filijs iſrahel. Ego em̃ oſtendam
illi quanta oporteat eum ꝓ nomĩe meo
pati. ꝛ abijt ananias ꝛ introiuit in do//
mũ ꝛ imponens ei manus dixit Sau
le frater. dñs miſit me ieſus qui appa//
ruit tibi in via qua veniebas vt vide//
as ꝛ implearis ſpũſancto Et confeſtiȝ
ceciderunt ab oculis eius tanq̃ȝ ſqua//

ſecutione credentium ĩ
chriſtũ. (dñe audiui a
multis de viro hoc q̃ȝ
ta mala ſãctis tuis in
hieruſalem ꝛc̃) id ẽ ſpe
cialiter vas electũ gra
tię ꝛ ſcientię ↄtentiuũ
(vt portet nomẽ meũ)
ſcȝ oꝑe ꝛ p̃dicatione.
(corã gentibus ꝛ regi/
bus ꝛ filijs iſrl̃. ego eĩ
oſtendam illi) ſcȝ ꝑ ef/
fectum (quanta opor/
teat eum pati ꝓ nomi
ne meo) qꝛ per ml̃tas
tribulationes oporte
at nos intrare ĩ r̃gnũ
cęloꝝ (ꝛ abijt anaias)
ad exequendũ dñi mã
datum (ꝛ introiuit in
domũ. ꝛ imponens ei
manus et dixit Sau/
le frater dñs miſit me
ieſus. qui apparuit ti/
bi in via q̃ veiebas. vt
videas ꝛ iplearis ſpũ/
ſancto. ꝛ cõfeſtim ceci
derunt ab oculis eius
tanq̃ȝ ſquamę). Ly. i.
maculę albę ꝛ durę. ſi/
cut ſunt ſquamę piſciũ. q̃ cauſatę fuerant in eo a lumine exceſſiuo ip̃m ex
cęcantẽ (et viſum recepit. ꝛ ſurgens baptizatus eſt) ſcȝ in noĩe ieſu chriſti
(et cũ accepiſſet cibum ↄfortat⁹ eſt) duplici ↄfortatione. ſ. ſpũ et corpore
(Fuit aũt cum diſcipulis q̇ erant damaſci ꝑ dies aliquot. et continuo in/
greſſus ſynagogam p̃dicabat ieſum qm̃ hic eſt filius dei). ſtatĩ poſt bap/
tiſmum Ex illo pȝ ꝙ doctrinã euangelicã nõ habuit ab hoĩe. ſȝ a dõ (ſtu
pebant aũt oẽs qui eum audiebant) de tanta ſubita mutatione. ꝑ quam
atrociſſimus fidei perſecutor factus fuerat conſtantiſſimus eius predica/
tor (ꝛ dicebant Nonne hic eſt qui expugnabat in hieruſalem eos qui in

uocabant nomen iſtud.ꝛ huc ad hoc veīt vt vinctos illos duceret ad ꝑn
cipes ſacerdotū. Saulus autē multomagis cōualeſcebat)ſcꝫ ꝓcedens ſe
per de bono in melius(et cōfundebat iudeos qui habitabant damaſci af
firmans quoniam hic eſt chriſtus) Ly.id eſt ꝙ ieſus nazarenus eſt vere
chriſtus in lege ꝛ in ꝓ
phetis promiſſus Qđ
declarabat per ſcriptu
ras veteris teſtamenti
q̄s didicerat a gamali
ele.ꝛ poſtea multo ꝑfe
ctius a deo illuſtrante

me et viſum recepit Et ſurgēs baptiſa
tus eſt. Et cum accepiſſet cibum cōfor
tatus eſt Fuit autē cum diſcipulis qui
erant damaſci per dies aliquot Et con
tinuo ingreſſus in ſynagogas p̄dica/
bat ieſum quoniā hic eſt filiꝰ dei. Stu
pebant autem omnes qui eū audiebāt
ꝛ dicebant Nonne hic eſt q̇ expugna/
bat in hieruſalem eos qui inuocabant
nomen iſtud. et huc ad hoc venit vt vi
ctos illos duceret ad pꝛīcipes ſacerdo
tum. Saulus aūt multo magis cōua/
leſcebat et cōfundebat iudeos qui ha/
bitabant damaſci affirmans quoniaꝫ
hic eſt chriſtus

¶ In feſto Purificationis ſancte Ma
rie virginis Malachie.iij.

Ec dicit dominus deus Ecce
ego mitto angelum meum ꝛ pre/
parabit viam ante faciem meam.ꝛ ſta
tim veniet ad templum ſanctum ſuum

¶ Poſtilla.

Ec dicit dominꝰ
deus ꝛc. In pn̄ti
ep̄la.nūciatur vterqꝫ
aduentus chriſti.ſcꝫ ī
carnem ꝛ in iudiciū.et
primo denūciatur pri/
mus aduentus in car
nē cum dr(Hec dt do
minus deꝰ).ſ.pater(ec
ce ego mitto angelum
meū) Ly.i.ioannē ba
ptiſtam qui magꝭ du/
xit in terris vitaꝫ an/
gelicam q̄ꝫ humanam
Qꝫ em̄ hec ſcriptura ī
telligitur de ioāne ba
ptiſta.h pꝫ Matthe.
xi..vbi chriſtꝰ dixit de
Joanne. Hic eſt de q̊
ſcriptum eſt(Ecce ego
mitto angelū meum ꝛ
p̄parabit viaꝫ an̄ facieꝫ meaꝫ)id eſt an̄ filium meū.qꝛ p̄dicatio ꝛ baptiſ/
mus ioannis fuerunt q̄dam p̄parationes ad baptiſmū ꝛ p̄dicationē chri
ſti(et ſtatim veniet ad templū ſanctū ſuū)id eſt in hierl'm.qꝛ ibi chriſtus
hodie fuit oblatus a matre ꝛ receptus a ſymone Et poſtmodū ibi pluri/
es p̄dicauit.ꝛ ibidē multa miracula fecit(dn̄ator quē vos q̄ritis).i.quem
vos deſideratis(ꝛ angelus teſtamenti)id ē chriſtus q̇ fuit nūcius noui te
ſtamenti(quē vos vultis)videlicet ieſus chriſtus deſideratus a ſctis pri/
bus ꝛ ꝓphetis Secūdo denūciatur hic aduentus chriſti ad iudiciū.cū di
citur(Ecce venit dicit dn̄s exercituū) Ly.i.veniet certitudinaliter ad iu
dicium(Et quis poterit cogitare diē aduentus eiꝰ?)q d.nullꝰ.vn̄ Mat.
xxiiij.de die illa ꝛ hora nemo ſcit.neqꝫ angeli celoꝝ.niſi ſolus pater(ꝛ q̇s
ſtabit?)id eſt poterit ſtare(ad videndū eum(Ly.qꝛ ſicut primus aduentꝰ
fuit in humilitate et manſuetudine Ita et ſecundus erit in poteſtate ꝛ t/

roꝛe(Jpſe enim quaſi ignis cõflans.et quaſi herba fullonũ) Jſta referũ
tur ad primum ⁊ ſecũdum aduentũ.cũ em̃ dicitur. Jpſe em̃ quaſi ignis
ꝯflans ad ſecũdum aduentũ ꝑtinet.et quaſi herba fullonũ ad primum
Nam herba fullonũ qua vtuntur fullones ad purificandũ veſtes. ⁊ faci
endum eas nitidas.mitius et ſuauius lauat ſordes pannoꝝ Jgnis autẽ
cũ magna violentia purgat metalllũ Sic in primo aduentu chꝛiſtus cũ
magna manſuetudine
et quadã ſuauitate pe
nitentię purgauit pec
catoꝛes.Jn ſecũdo ad
uentu purgabit ꝑ ig/
nem(et ſedebit dñs).ſ.
in iudicio.(cõflans et
emundans argentuꝫ)
qꝛ ſicut argentum cõ
flatur in igne vt pur/
getur.emundatũ aũt
in theſauros reponiꝫ.
Sic fiet in die iudicij
Nam in igne purga/
buntur electi qui non
duꝫ plene ſunt purga
ti in purgatoꝛio.qua/
tenus purgati tranſe/
ant in theſauros dñi.
vt ſint ibi quaſi auꝝ ⁊
argentuꝫ(et purgabit
filios leui).ꝑ leui hic ĩ
telligitur ſacerdotaliſ
dignitas.purgandi ꝗ
ſunt miniſtri ſacerdo/
talis officij.(⁊ colabit
eos quaſi auꝝ ⁊ argen
tuꝫ) ad ꝑfectaꝫ mũdi/
ciam deducẽdo(⁊ erũt offerentes dño ſacrificiũ in iuſticia)ſcꝫ opꝫm(⁊ pla
cebit deo ſacrificiũ)ſcꝫ oblatum(ꝓ iuda et hieruſalem)id ẽ ꝓ om̃ibus ac/
tiuis ꝗ intelligũtur ꝑ iudam Et ꝯtẽplatiuis ꝗ intelligũtur ꝑ hierl̃m.(ſi
cut dies ſeculi ⁊ ſicut anni antiqui).i.ſicut placuit ſacrificiũ abel melchi/
ſedech ⁊ abrahã ⁊ alioꝝ ſcõꝝ patꝝ in ſeculis ꝓteritis ⁊ annis antiquis.
(dicit dñs omnipotẽs)

dominatoꝛ quẽ vos queritis ⁊ angel⁹ teſtamenti quem vos vultis Ecce veñt dicit dominus exercituũ Et quis po//terit cogitare diem aduentus eius: Et quis ſtabit ad videndum eum: Jpſe eñ quaſi ignis ꝯflans.et quaſi herba ful lonũ Et ſedebit cõflans ⁊ emundãs ar gentũ et purgabit filios leui. Et cola//bit eos quaſi auꝝ. ⁊ quaſi argentum ⁊ erunt domino offerẽtes ſacrificia in iu ſticia Et placebit dño ſacrificiũ iuda ⁊ hierl̃m ſicut dies ſeculi. ⁊ ſicut dies an tiqui dicit dñs omnipotens.

Eddet deus omnem mercedem laborũ ſanctoꝝ ſuorũ ⁊c Ante inicium illius lectionis habetur in eodem capitulo.. Sapientia eterna venditum iuſtũ.ſcilicet ioſeph.quem fratres ſui vendiderunt. non dereliquit.ſed a peccatoribus liberauit eum.deſcenditqꝫ cum illo in foueam.et in vinculis nõ dereliquit illũ. Et mendaces oſtendit qui maculauerunt eum.et dedit claritatem eternam.Tunc ſequitur pñs lectio ſiue epl'a(Reddz ds)ſ.iuſtis(oẽz mercedẽ laboꝝ ſuoꝝ)ly Nã de mãdato dñi filij iſrl' recedẽtes ſpoliauerũt egyptũ.ſ.mutuo a vicis vaſa aura ⁊ ar

gentea accōmodando. et hoc in recōpensationē laboꝝ quibus iniuste ag/
grauauerūt eos egyptij. vt habetur Exodi. xij. ca. (Et deduxit illos ī via
mirabili. Et fuit illis in velamento diei. et in luce stellaꝝ nocte) Nā colū
na nubis ꝑ diem. ignis per noctē (trāstulit illos ꝑ mare rubrū. ⁊ transue/
xit illos per aquā magnā Inimicos illoꝝ dimersit in mare. ⁊ ab altitu/
dine inferorum) id est de fundo maris (eduxit illos Ideo iusti tulerūt spo
lia impioꝝ) viderūt eī
egiptios mortuos su/
per littus maris Ex/
odi. xiiij. Et spoliaue
runt eos armis p̄cioꝭ
⁊ scd̄m Hebreos Ista
p̄da fuit maior q̄ȝ ista
q̄ prius spoliauerunt
egyptū vasis aureis ⁊
argenteis (⁊ decātaue/
runt dn̄e sctm̄ nomen
tuū) dicentes illud cā/
ticum Cantemus do/
mino. glo͛se em̄ magi/
ficatus ē equū et ascē
sorem deiecit in mare.
(et victricē manuȝ tu
am) id est potentiā tu
am egyptios submer/
gentē (laudauerūt pari
ter. dn̄e deus noster)

Ingua sapientuȝ
ornat ⁊c. Ante in
icium illius lectionis
habet in codē ca. Re/
sponsio mollis frangit irā. sermo durꝰ suscitat furorem Tunc statim seq̄
tur presens lectio (Lingua sapientū ornat scientiā) quia debito tempo/
re et loco et gratiose ꝓponit eam (os fatuoꝝ ebulit stulticiam) quia īpetu
ose profert eam (in omni loco oculi domini cōtemplātur bonos ⁊ malos
lingua placabilis) id est suauis eloquio erga proximū et orationi intēta
erga deum ad ipsum placandū (lignū vite) quia sicut per lignū vite con/
tinuabitur vita corporalis. ita per talem linguam vita spiritualis (Que
autem īmoderata est) scilicet ad loquendū (cōteret spūm) quia in multilo
quio non deerit peccatū (Domus iusti plurima fortitudo) quia dominus
ꝓtegit eam (et in fructibus) id est in opibus (impij cōturbatio) quia malꝰ
nō potest habere pacem ad proximū. nec etiam ad seipm̄ (Labia sapientū
disseminabunt scientiam) scilicet populū docendo (cor stultorum dissimi/
le erit) scilicet cordi sapientis. et etiam sibijpsi. quia diuersis ⁊ varijs co/
gitationibus agitatur (victime impiorum abominabiles domino). sicut
oblatio cayn. quia fuit de alieno vel mala voluntate (vota iustorum pla

¶ Item alia epistola de pluribus mar
tyribus. Prouerbiorum. xv.

Ingua sapientū ornat scientiaz.
os fatuoꝝ ebulit stulticiam. In ō
ni loco oculi domini cōtemplantur bo
nos ⁊ malos. lingua placabilis lignū
vite. que autem immoderata est cōterȝ
spiritum Domus iusti plurima forti//
tudo. ⁊ in fructibus conturbatio La//
bia sapientū disseminabunt scientiam
Cor stultoꝝ dissimile erit. victime im//
piorum abominabiles domino: vota
iustorum placabilia Qui sequitur iu//
sticiam diligetur a domino

¶ Item alia epistola de pluribꝰ marty
ribus. Prouerbiorum. x.

Xpectatio iustoꝝ leticia: spes au
tem impiorum peribit. fortitudo

rabilia) ſicut patet de abel. quia ad abel reſpexit dn̄s ꝛ ad munera eius (q̄ ſequitur iuſticiam) ſm̄ eam operando (diligetur a dn̄o) qui eſt regula iuſticię

## ¶ Poſtilla

Expectatio iuſtoꝝ leticia ꝛc. An̄ iniciū illius lectionis habetur in eodem capitulo ſic. Timoꝛ dn̄i apponet dies. ꝛ anni impioꝝ breuiabuntur Tunc ſtatim ſequitur pręſens epiſtola (Expectatio iuſtoꝝ leticia) id eſt beatitudo ęterna q̄ habet annexam lęticiam (ſpes aūt impioꝛuꝫ peribit) id eſt p̄ſumptio eoꝝ peribit. Quia pręſupponūt habere beatitudinē ſine meritis dicentes Deus nō fecit nos ad damnandū. ſꝫ ad ſaluādum (foꝛtitudo ſimplicis via domini) id eſt eius iuſticia ſimplices ꝛ rcōs p̄miando (ꝛ pauoꝛ his qui op̄antur malū) ſcꝫ impios puniendo (Juſtus in ęternū nō ꝯmouebitur) ſcꝫ a ſtabilitate virtutis (impij autē nō habitabūt ſup̄ terram) ſcꝫ viuentiuꝫ (os iuſti perturiet ſapiaꝫ) ſcꝫ alios docendo (lingua p2auoꝝ peribit). Unde diues epulo in inferno exn̄s magꝭ cruciabatur in lingua q̄ꝫ i alijs mēbꝛis. vt patet Lu. xvi. (labia iuſti ꝯſiderāt placita). ſcꝫ do ꝛ hōibus (ꝛ os impiorū peruerſa) id eſt blaſphemias cōtra deum ꝛ iniurias ꝯtra proximū (Simplicitas iuſtoꝝ) ſcilicet qua procedūt in factis ſuis ſine plica doloſitatis (diriget eos) ad beatitudinem (et ſupplātatio p̄uerſoꝝ) q̄ decipiuntur ſimplices (vaſtabit illos) in pœna inferni. ꝛ etiaꝫ aliquando ꝓpter hoc deſtruuntur in vita pręſenti) iuſticia rectoꝝ liberabit eos) ſcilicet a morte gehennę (et in inſidijs ſuis capientur iniqui). Sicut iniqui iudices inſidiantes ſuſannę fuerunt adiudicati moꝛti (Juſtus de anguſtia liberatus eſt vt traderet̃ impius ꝓ eo) quod patꝫ de dauid iuſto q̄ fuit in regno reſtitut⁹. et impius abſalon cum tribus lanceis tranſfoſſus. vt patet. ij. Regū. xviij. (Simulatoꝛ) id eſt hypocrita qui ſimulat ſāctitatem (oꝛe decipit amicum ſuum). id eſt illum a quo ſperat promoueri cui adulatur (iuſti autem liberabuntur) ſcilicet ab iſta deceptione (ſciētia)

ſimplicis via domini. ꝛ pauoꝛ his qui operātur malū Juſtus in ęternū nō cōmouebitur. impij aūt nō habitabūt ſuper terrā Os iuſti parturiet ſapiētiam lingua p2auoꝛū peribit. labia iuſti conſiderant placita. ꝛ os impioꝛū peruerſa Simplicitas iuſtoꝝ diriget eos. et ſupplantatio peruerſoꝛum vaſtabit illos Juſticia rectoꝛum liberabit eos. et in inſidijs ſuis capientur iniuſti Juſt⁹ de anguſtia liberatus eſt vt traderetur impius pꝛo eo ſimulatoꝛ oꝛe decipit aīcum ſuum. iuſti autem liberabūtur ſciencia. Jn bonis iuſtoꝛum exaltabitur ciuitas. ꝛ in perditione impioꝛum erit laudatio

## ¶ Jtem epiſtola de pluribus martyribus Hebꝛeo. xi..

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcilicet quã diſcernitur inter ſanctitatem veram et fictam (in bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas) ſcilicet a deo Sicut ezechias orõibus ⁊ lachrymis ſuis ſaluauit ciuitatem hieruſalem a ſennacharib. vt patet. iiij. Regum. xix. Similiter ſanctus baſilius in nouo teſtamento oratione ſua ciuitatem a Juliano apoſtota

¶ Poſtilla.

Ancti per fidem vicerunt regna ⁊c̃ In hac epiſtola cõmemorat apoſtolus patientiam et paſſiones ⁊ victorias. ⁊ fidem ſanctoruꝫ martyrum. cuius virtute patientes fuerũt. ⁊ victores extiterunt.

**Ancti per fidem vicerunt regna. operati ſunt iuſticiam. adepti ſũt repromiſſiones Obturauerunt ora leonum. extinxerunt impetum ignis. effugauerunt aciem gladij. conualuerũt ꝺ infirmitate. fortes facti ſunt in bello Caſtra verterunt exterorũ. acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos Alij autem diſtenti ſunt non ſuſcipientes redemptionem. vt meliorem ĩuenirent reſurrectionem: Alij vero ludibria et verbera experti: inſuper ⁊ vincula. et carceres. lapidati ſunt. ſecti ſunt. temptati ſunt. in occiſione gladij mortui ſunt Circuierunt in melotis in pellibus caprinis. Egentes anguſtiati. afflicti. quibus dignus**

(Sancti per fidem vicerunt regna) Sic̃ pꝫ in martyribus qui vicerunt reges ⁊ p̃ſides. (operati ſunt iuſticiaꝫ ⁊ adepti ſũt repromiſſiones) Lyra. gratię ĩ via. ⁊ glorię in patria. (Obturauerũt ora leonũ) Sic̃ legit̃ de daniele miſſo in lacũ leonum. Et de pluribus martyribus ⁊ virginibus legit̃ in legẽdis ſãciorum. ꝙ fuerũt proiecti ante leones ⁊ vrſos ⁊ tamen mãſerũt illeſi (extinxerunt impetuꝫ ignis) Sicut tres pueri miſſi a nabuchodonoſor in fornacem ignis. quibus ignis nõ nocuit. nec eos in aliquo cõtriſtauit Simile etiam legitur de pluribus ſanctis martyribus et virginibus in nouo teſtamento (effugauerunt aciẽ gladij) id eſt exercitum accinctũ gladijs. vt Dauid et multi alij reges et principes diuino adiutorio vicerunt exercitus magnos et fortes in veteri. et etiam in nouo teſtamento (conualuerunt de infirmitate) per pręparationem ⁊ pœnitentiam. vt Ezechias. Job ⁊ Thobias ⁊c̃. Simile legitur de ſanctis noui teſtamenti quod multi infirmi ſunt curati per orationes ſanctoꝝ et per patientiam (Fortes facti ſunt in bello) Sicut ioſuę et Judas machabeus cum filijs ſuis. qui fortiter bellando obtinuerunt terras et ciuitates (caſtra verterunt exterorum). id eſt inimicorũ quos verterunt in fugam (acceperunt mulieres). id eſt matres (de reſurrectione mortuos ſuos). i. pueros ſuos reſuſcitans. ſicut ꝑ Helyam et heliſeum in veteri teſtamento Et etiam multi defuncti ĩ nouo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teſtamentore ſuſcitati ſūt per xp̄m ⁊ apl̄os ⁊ per alios ſanctos ſicut pꝫ in legēdis ſanctoꝝ (alij autem diſtēti ſunt) ſcʒ in eculeo ⁊ alijs tormentis ꝓpter fidem vniꝰ veri dei (Nō ſuſcipiētes redēptionē) id eſt nō accipiētes liberationē ſicut ſāctus andreas qui de cruce deponi noluit. ⁊ ſic de alijs (vt meliorē inuenirēt reſurrectioneʒ vt c̄p̄to grauiora ſuſtinerēt ꝓ chriſto tāto glorioſius coronarent (Alij vero ludibria ⁊ v̄bera experti īſup ⁊ vincula et carceres lapidati ſūt) vt Hieremias ⁊ Zacharias filiꝰ ioiade (ſecti ſūt).ſ. ſicut Eſaias ſerra lignea exiuſſu regis manaſſes (tēptati ſūt) ꝑmiſſionibꝰ ꝑſecutoꝝ ⁊ blādimentꝫ munerū vt ad idolatriam inclinarentur (in occiſione gladij mortui ſunt) quia mlti in veteri teſtamento nolētes cōſentire ī idolatriam gladio ꝑcuſſi ſūt. Et omnia iā enumerata etiam in nouo teſtamēto ſanctis martyribus ⁊ etiam virginibus cōtigerūt ꝓpter fidem domini noſtri ieſu chriſti. Poſt hꝯ deſcēdit ad heremitas et ſanctos qui nō effuderūt ſanguinem ſuū propter fidem chatolicā dicēs (Circuierūt) per deſerta ⁊ per multa mūdi loca (ī melotis) Ubi notandū ꝙ melota eſt animal cuiꝰ pellis ē hiſpida ſicut pellis heritij (et in pellibꝰ caprinis) Nam illis pellibus tegebātur ſancti id eſt homīes ſilueſtres viuentes in deſertis locis ſicut Helias et ſanctꝰ Joannes baptiſta. et ſic de alijs ſanctis (egētes) ſcilicet neceſſarijs (anguſtitati) ſcilicet anxietatibus (afflicti) laboribus et preſſuris (quibus) id eſt quorum cōuerſatione et habitatione (dignus non erat mūdus) id eſt amatores mūdi nō erant digni tantorum virorū preſentia (in ſolitudinibus errantes ⁊ in montibus et in ſpelūcis et in cauernis terrę (ſpeluncę a natura factę ſunt. Cauernę arte vel caſu factę ſunt. Talia enim loca inhabitabant antiqui patres vt eſſent in loco apto diuinę cōtemplationi (⁊ hi omnes) ſcʒ predicti ſancti (teſtimonio fidei) id eſt fide eoꝝ atteſtante (probati) id eſt probabeils (inuenti) ſunt in chriſto ieſu domino noſtro

nō erat mūdus in ſolitudībꝰ errātes ⁊ ī mōtibꝰ ⁊ ſpeluncis ⁊ in cauernis terre. Et hi oēs teſtimunio fidei ꝓbati inuenti ſunt in xp̄o ieſu dn̄o nr̄o

¶ Seq̄t nunc ep̄la de vno confeſſore ⁊ et pōtifice Ecci. xliiij.

Ecce ſacerdos magnꝰ qui ī diebꝰ ſuis placuit deo ⁊ inuētꝰ eſt iuſtꝰ. ⁊ in tp̄e iracūdię factꝰ eſt recōciliatio: Nō ē inuētus ſimilis illi qui cō ſeruaret legē excelſi. Jdō iureiurādo fecit illuʒ dn̄s creſcere in plebem ſuā. Bn̄dictionē oīm gētium dedit illi ⁊ teſtamētum ſuuʒ cōfirmauit ſup caput eius. Cognouit eū ī bn̄dictionibꝰ ſuis cōſeruauit illi miſericordiā ſuā. ⁊ īuenit grām corā oculis dn̄i. Magnificauit euʒ in cōſpectu regū ⁊ dedit illi coronā glę. Statuit illi teſtamētū ęternuʒ ⁊ dedit illi ſacerdotiuʒ magnum. ⁊

Ecce ſacerdos magn⁹ ꝛc. Ante initiū illi⁹ lectiōis habet̄ ſic ¶ Poſtilla.
Enoch placuit deo et tranſlatus eſt in paradiſum viuus. Ubi ſciendum quod hic ſub noīe enoch deſignatur laus iſtius magni ſacerdotis et epiſcopi. cuius feſtū hodie in eccleſia pagitur cum dicitur. (Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo ꝛ inuentus eſt iuſtus. ꝛ ī tēpore iracundie factus eſt recōciliatio) id eſt cauſa recōciliationis diuine (non eſt inuētus ſimilis illi in gloria) ſcȝ in ope virtuoſo (qui cōſeruaret legē excelſi) ſcȝ legem naturalem menti humane impreſſā (ideo iureiurādo fecit illū dominus creſcere in plebē ſuam) Lyra. hoc ꝑprie dcm̄ ē de abraā. vt habetur Gen̄. xxij. per memetipm iuraui dicit dominus quia feciſti hāc rem ꝛ nō pepciſti vnigenito tuo ꝑpter me bn̄dicaȝ tibi ꝛ multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas celi. ꝛ ſicut harenam q̄ eſt in littore maris ꝛc. Sed hic attribuitur illi ſcō confeſſori cui⁹ feſtum hodie peragimus (bn̄dictionem oīm gētiuȝ dedit illi) id ē dn̄s gracioſum eum fecit in cōſpectu ōniuȝ gentium int̄ quas habitaui (et teſtamentum ſuuȝ) id ē pactum (cōfirmauit ſuper caput eius. cognouit eum ī bn̄dictionibus ſuis). i. approbauit tāq̄ȝ dignū ſuis bn̄dictionibus (cōſeruauit illi miſericordiā ſuam. ꝛ inuenit grām coram oculis domini magnificauit eum in coſpectu reguȝ ꝛ dedit

beatificauit illū in gloria Fungi ſacerdotio ꝛ habere laudē in noīe ipſius Et offerre illi incenſum dignū i odorē ſuauitatꝫ ¶ Itē alia epl'a de vno cōfeſſore Eccl. xlv.

Dilect⁹ deo ꝛ hoīb⁹ cui⁹ memoria in bn̄dictione ē. Similē illū fecit in gloria ſctōruȝ ꝛ magnificauit eū in timore inimicoꝝ. ꝛ in verbis ſuis mōſtra placauit. Glorificauit illū ī cōſpectu regū ꝛ iuſſit illi coram pp'lo ſuo et oñdit illi gloriā ſuā in fide ꝛ leuitate ipſi⁹ ſāctū fecit illū. ꝛ elegit eū ex omni carne: Audiuit em̄ eum ꝛ voceȝ ipſi⁹ et induxit illū in nube ꝛ dedit illi corā ꝑcepta ꝛ legē vite ꝛ diſcipline

¶ Itē alia epl'a de vno ꝯfeſ.. Sapien̄. x

Iuſtū deduxit dn̄s per vias rectas et oſtēdit illi regnuȝ dei. ꝛ dedit illi ſciētiā ſanctoruȝ. Honeſtauit illū

illi coronam glorię. Statuit illi teſtamentū ſempiternū ꝛ dedit illi ſacerdotium magnū) id ē principeȝ ſacerdotum (et beatificauit illum ī gloria. Fungi ſacerdotio ꝛ habere laudeȝ in nomine ipſius ꝛ offerre illi īcenſū dignū in odorem ſuauitatis. ¶ Poſtilla

Dilectus deo ꝛ hoīb⁹ ꝛc. In v̄bis huius lcōnis q̄ ad lrām ꝯmendat⁹ eſt moyſes. quia a puericia ſic fuit gratioſus. vt eſſȝ diligibilis oīb⁹. ꝑpter quod filia regis in puericia ipſius eum in filium adoptauit. vt habetur Exo. ij. Et hic ſub noīe ipſius moyſi deſignatur laus iſtius ſancti ꝯfeſſoris cui⁹ feſtū hodie in eccleſia peragitur. cum dr̄ Dilectus deo et

hoībus cuius memoria in bñdictiōe eſt) Ly.i.in ōni bono (Sikem illuꝫ fecit in gl'a ſcōꝝ) ſcꝫ videndo diuinā eſſentiā. ſicut dr Aug⁹. ad paulinū de vidēdo deū (⁊ magnificauit eū in timore inimicoꝝ).i. egyptiorū inter quos fuit magn⁹ valde (⁊ in ꝟb ſuis mōſtra placauit q plagę egipti mō/ſtruoſę ceſſauerūt ad e⁹ oratiōem (gl'ificauit illū ī ꝯſpcū regū).ſ. pharao//nis regis egipti ⁊ Seō ⁊ og. vt habeꝭ Numeri.xx. (⁊ iuſſit illi corā ppl'o ſuo).ſ.ī mōte ſynai. vbi ppl'us loquētē audiuit. vt habeꝭ Exo.xx. (⁊ oſtēdit illi gloriā ſuā).ſ.in viſiōe ꝑ eſſētiā (in fide).i.in fidelitate fuit em̄ valde fidel' (⁊ leuitate ipſi⁹) Vn̄ dicit Numeri.xij. Erat em̄ moyſes vir mitiſſim⁹ ſuꝑ oēs hoīes q̇ morabātur in terra (ſcm̄ fecit illū) id ē mūdū ⁊ firmū (⁊ ele/git eū ex oī carne).ſ. ad educēduꝫ filios iſrl' de egipto. vt eſſꝫ legiſlator veteris teſtamenti (Audiuit em̄ eū ⁊ vocē ipſi⁹) ſcꝫ depcātē ꝑ relaxatiōe pcti iſrl' in fabricatiōe vituli. vt pꝫ Exo. xxxij. (⁊ īduxit illuꝫ in nube. et dedit illi cor ad p̄ceptū).ſ dī opa adimplenda ⁊ alijs dicēda (⁊ legem vitę ⁊ diſciplinę

ī laboribus ⁊ ꝯpleuit labores illi⁹ In fraude circūuenietiuꝫ illi affuit ⁊ hōeſtū fecit illū Cuſtodiuit eū ab īimicis ⁊ a ſeductorib⁹ tutauit eū Et certamē forte dedit illi vt vincēt ⁊ ſcirꝫ qm̄ oīm potētior ē ſapiā Hęc vēditū iuſtū nō dēliq̇tſꝫ a pctōrib⁹ liberauit eū: Deſcēditq̧ cū illo ī foueā ⁊ ī vīcul' nō dēliq̇t eū. Donec afferre illi ſceptꝝ regni ⁊ potētiā aduerſ⁹ eos q̇ eū deprimebāt Et menda//ces oñdit q̇ maculauerūt illū: ⁊ dedit illi claritatem ęternam dn̄s deus nr̄

¶ Poſtilla.

Vſtū dedux. ⁊c̄ In ꝟbis h⁹ lcōnis ꝯmēdat⁹ ē iacob pr̄ filioꝝ iſrl'. q̇ iuſt⁹ fuit ⁊ ī meſopotamiā iuit fugiēs irā fr̄is ſui eſau. vt habeꝭ Geñ xxvij. Et hic ſub nomine Jacob deſignatur laus iſtius ſancti cōfeſſoris. cuius feſtum hodie celebratur cum dicitur (Juſtum deduxit domin⁹ ꝑ vias rectas. et oſtendit illi regnum dei) ſcilicet quando vidit ſcalam cui⁹ ſummitas tangebat cęlum et dominuꝫ innixum ſcalę. vt pꝫ Geñ. xxviij. Tunc enim habuit reuelationem de ſuperna hieruſalem Idcirco euigi/lans dixit Non ē hic aliquid niſi dom⁹ dei ⁊ porta cęli (⁊ dedit illi ſciam ſanctorum).i. noticiam de ſanctis angelis quos vidit aſcendentes ꝑ illā ſcalam (honeſtauit illum in laboribus) id eſt reddidit eum diuitem et in/clitū ꝑ laborib⁹ ſuis ī cuſtodiēdis ouib⁹ laban auūculi ſui. vt pꝫ Geñ xxx Ditat⁹ eſt homo ille vltra modum ⁊c̄. (et ꝯpleuit labores illius) quādo deo protegente receſſit de meſopotamia cum vxoribus ⁊ liberis ⁊ diuitijs ſuis in fraude circumuenientium id eſt laban et filiorum ſuorum q̇ nitebantur eum decipere mutando frequenter mercedem ſuam. vt patet Geñ. xxxi. (illi affuit) multiplicando greges q̄ ſecūdū pactum debebant cedere in mercedem iacob (⁊ honeſtuꝫ fecit eū) ditādo eum tp̄alib⁹ ⁊ ſpūalib⁹ diuitijs (⁊ cuſtodiuit eū ab inimicis. et a ſeductorib⁹ tutauit illū).i. a laban ⁊ e⁹ filijs inſequētib⁹ iacob recedētem ad ſpoliandū euꝫ. vt habeꝭ

Geñ.xxxi.(ꝛ certamen forte dedit illi)ſcꝫ cuꝫ angelo luctanti.vt habetur Geñ.xxxij.(vt vinceret ꝛ ſciret quoniam omnium potentioꝛ ē ſapientia) ſcꝫ Eſau fratrem ſuum propꝛium ſibi aduerſantem ad hoc enim fuit illa luctatio .vt iacob aſſecurareť de victoꝛia contra eſau quē nimis timebat Id circo dixit ſibi angelus.ſi cōtra deum fortis fuiſti .quantomagis cō tra homines pꝛeualebis . Poſt hoc ponitur aliud exemplum de Joſeph quem vendiderunt fratres ſui iſmaelitis dicens(hęc venditū iuſtū)ſcilicꝫ Joſeph(non dereliquit .ſꝫ a peccatoꝛibus liberauit eum)id eſt a fratribꝰ ſuis eum occidere vo/lentibus (deſcēditque cum illo in foueam)id eſt in carcerem regis egypti.vt patet Gene ſis.xxxix. Unde diciť ibidem fuit autem do minus cum ioſeph de/ditqꝫ ei gratiam in cō ſpectu pꝛincipis carce ris (et in vinculis nō dereliquit eum.donec afferret illi ſceptrum regni) id eſt dominati onem in regno egypti poſt regem immedia/te . vt patet Geneſis. quadꝛageſimo pꝛimo (et potentiam ad/uerſus eos qui eum de pꝛimebant) ſcilicet ſu/per putifar et vxorem eius quibꝰ ſuperioꝛ factus fuit) ꝛ mendaces oſten/dit qui maculauerunt illum)ſcilicet imponendo ſibi iniuſte adulterium. nā malicia mulieris fuit detecta(et dedit illi claritatē ęternā)ſcꝫ bonę fa/mę.quę manꝫ ad huc ꝛ manebit vſqꝫ in finē(dn̄s deus nr̄)

¶ Jtē alia epiſtola de vno confeſſoꝛe Sapieñ:vij.

Ptaui et datꝰ eſt mihi ſenſus ꝛ inuocaui ꝛ venit ī me ſpūs ſapiē. Et p̄poſui illā regnis ꝛ ſedibꝰ ꝛ diuitias nihil eē dixi ī ꝯpatio ne illiꝰ . Nec cōpaui illi lapidem p̄cio ſuꝫ.qnoniā omne aurū in cōpatione il liꝰ arena eſt exigua ꝛ tāq̄ȝ lutū eſtima/biť argentū in conſpectu illiꝰ Sup ſa lutē ꝛ ſpēm dilexi illam ꝛ pꝛepoſui pꝛo luce habere illā qm̄ inextinguibile ē lu men illiꝰ. Uenerūt aūt mihi oīa bona pariter cum illa. ꝛ īnumerabilis hone

¶ Seq̄ť epiſtola de vno cōfeſſoꝛe.

Ptaui ꝛ datꝰ ē mihi ꝛc̄. Añ iniciuꝫ illiꝰ lcōnis d̄t ꝛex ſalomō ſic. Ne/mo ex regibꝫ aliud habuit natiuitatis iniciū Uniꝰ ḡ ītroitꝰ ē oībꝫ ad vi/tā ꝛ ſiľis exitꝰ. Tūc ſeq̄ť pn̄s lectio. Salomō deſiderauit a d̄o ſibi dari ſapīaꝫ.dicēs(Optaui).ſ.ſapiētię donū(ꝛ datꝰ ē mihi ſēſꝰ) id ē donū ſapīę ꝛ ītellectꝰ(ꝛ īuocaui ꝛ venit ī me ſpūs ſapīę) .i.ſpūſſcūs q̄ dat ſapīaꝫ(ꝛ p̄ poſui illā regnis ꝛ ſedibꝫ ꝛ diuitias nihil eē dixi ī ꝯpatiōe illiꝰ Nec ꝯpaui illi lapidem p̄cioſum qm̄ ōne aurum ī comparatiōe illius arena ē exigua ꝛ tāq̄ȝ lutuꝫ eſtimabitur argentū in ꝯſpcū illius) ꝛ rō eſt. Quia diuitię tempoꝛales communes ſunt obonis et malis. ꝛ frequenter conceduntur malis plus quam bonis. vt patet ad ſenſum Sapientia autem vera de qua fit hic ſermo ſolis bonis conceditur. Jdeo bona exterioꝛa re ſpectu ipſius verę ſapientię nullius valoꝛis ſunt reputanda.(ſuper

ſalutem et ſpē̄m).i.ſuꝑ ſanitatē corꝑis et eiꝰ pulchritudinē(dilexi illā)qꝛ ſanitas et pulchritudo ſunt perfectiones corꝑis Sapientia vero ꝑfecti/o eſt mentis.et ideo quāta aīa eſt melior corꝑe.tanta ſapiētia eſt illis ꝓ̄fe renda(et ꝓpoſui pro luce habere illam)qꝛ ſicut lux corꝑalis dirigit ī cor poralibus.ſic ſapiētia in ſpūalibus(qm̄ inextinguibile eſt lumē illiꝰ.ve nerunt autē mihi oīa bona pariter cuꝫ illa)qđ ptꝫ.iij.Regꝫ.iij.vbi đr ꝙ ſalomon petendo ſapīam a dn̄o nō ſolum illā obtinuit.ſed etiā cū illa di uitias et honores ſuꝑ omnes reges(et innumerabilis honeſtas ꝑ manuſ illius)id eſt ꝑ oꝑa ipiꝰ q̇ per manus deſignā tur eo ꝙ manus eſt or ganū organoꝝ.vt ptꝫ iij.li.de aīa (et letatus ſum in oībus qm̄ añce debat me iſta ſapīa) o ſtendēdo mihi q̄liter a gere deberẽ (ꝛ ignora bā)ſcꝫ anteꝗ̄ ipam ha berē(qm̄ hoꝝ oīm ma ter eſt)ſꝫ ipa habita ꝯ gnoui(quā ſine fictiōe didici).ſ.a đo a q̊ ipaꝫ deuote poſtulaui.vtꝫ iij.Regꝫ.iij.Et a na than propheta cui fu it traditus ad erudien dū(et ſine inuidia com munico)verbo vel ſcꝑ to Scripſit ei mł̄tos libros ad noſtrā erudi tionem(ꝛ honeſtatē il lius nō abſcondo)Nā omnes reges circūquaqꝫ deſiderabāt audire ſapi entiā ſalomonis(infinitus em̄ theſaurus eſt hoībus)id ē inapp̄ciabilis. (quo qui vſi ſunt)oꝑa ſapientis exercendo(ꝑticipes facti ſūt amicicię đi) ſed tanquā ꝯformes ei in operibus ſuis quę cōformata eſt cauſa dilectio nis.vt ptꝫ Ecci.xiij.Omne animal diligit ſibi ſimile.

ſtas per manus illius. Et lętatus ſum in om̄ibus.quoniam antecedebat me iſta ſapientia ꝛ ignorabaꝫ. quoniā ho rū oīm mr̄ eſt. Quā ſine fictione didici ꝛ ſine inuidia cōmunico. ꝛ honeſtateꝫ illius nō abſcōdo. Infinitꝰ em̄ theſau rus eſt hōibus. quo q̇ vſi ſunt.ꝑticipeſ facti ſūt aīcicię dei

## ¶ Epiſtola de vno ꝯfeſſore ꝛ pontifice Ad Hebreos.v.

Omnis nāqꝫ pontifex ex hōibꝰ aſ/ ſumptus ꝓ hōibus cōſtituit̄ ī hiſ quę ſunt ad deū vt offerat dona ꝛ ſacri ficia pro pctīs Qui cōdolere poſſit his q̇ ignorant ꝛ errant:qm̄ ꝛ ipe circūda/ tus eſt infirmitate. ꝛ ꝓpterea debꝫ quē

## ¶ Poſtilla

Omnis nanqꝫ pontifex ꝛc̄ Añ iniciū illiꝰ epiſtolę ſcribit ſcūs paulus dicens Non em̄ habemus pontificem qui nō poſſit cōpati in infirmi tatibus noſtris.temptatū aūt per omnia. Audeamꝰ ergo cū fiducia ad thronū gratię eiꝰ vt miam conſequamur ꝛ grām inueniamꝰ Tūc ſequi tur pn̄s epiſtola(Oīs nanqꝫ pontifex)Glo.ꝯm legē(ex hōibus).i.de nūe ro hoīm(aſſūptus)nō introductus(ꝓ hōibus)ſcꝫ ſaluādis(cōſtituit̄)vt ꝑ eum a deo impetrēt miam.dꝫ em̄ eſſe mediator dei ꝛ hominū.in his quę ſunt ad deū)Lyra.in ſpūalibus(vt offerat dona)id eſt voluntarie oblata non violenter extorta(et ſacrificia pro peccatis).ſcꝫ populi(qui condolere

poſſit his qui ignorant ꝛ errant)id eſt qui peccant ex infirmitate Ly.de/
bet em̄ pontifex moueri ad ꝯpaſſionem ꝛ miſericordiaȝ ex cõſideratione
ꝓprie fragilitatis Vn̄ dn̄s ꝑmiſit btm̄ petrū in peccatū cadere.vt ſcirȝ a/
lijs cōpati ex cõſideratione ꝓprij delicti (et ꝓpterea)ſcȝ qꝛ infirm⁹ eſt miſe
rijs circūdatus(dȝ quēadmodū ꝓ populo)ſibi ſubdito(ita etiā ꝓ ſemetip
ſo offerre dona ꝑ pctis)ſcȝ ſuis dimittēdis.ſicut ꝛ pro pctis ꝓpl'i(nec q̇ſq̄
ſibi aſſumat honorē)ſcȝ pontificat⁹(ſed qui vocatur a deo tanq̄ȝ aaron).

quēadmodū pro ppl'o. ita etiaȝ pro ſe/
metipſo offerre dona pro peccatis. nec
quiſq̄ ſibi aſſumat honorē.ſed qui vo
catur a deo tanquā aarō Sic ꝛ chriſt⁹
nō ſemetipm̄ clarificauit vt pōtifex fie
ret.ſed qui locut⁹ eſt ad eū. Filius me⁹
es tu.ego hodie genui te Quēadmodū
et in alio loco dicit. Tu es ſacerdos in
ęternum ſcd̄m ordinē melchiſedech
¶ Sequūtur nūc vlterius epl'ę de vir
ginibus .ij. Cor.x.et.xi.

ille em̄ a deo vocatur.
q̄ debito mō inſtituit.
(Sicut ꝛ chriſt⁹ non
ſemetipm̄ clarificauit.
ita vt pontifex fieret).
ſcȝ aſſumēdo ſibi ho/
norē pontificat⁹ (ſed q̄
locutus eſt ad eū) .ſ.pr̄
q̄ clarificauit ipm̄ fili/
um dicens (Fili⁹ me⁹)
ſcȝ naturalis nō adop
tiuus(es tu).ſingulari
ter(ego hodie).i.in et/
nitate(genui te). ille q̄
ſic locutus eſt ad eum.
clarificauit eū (quēad/
modū ꝛ in alio loco dicit)ſcȝ in ps̄.cix.(Tu es ſacerdos in ęternū)non ad
tempus ſicut aaron(ſm̄ ordinē melchiſedech)id eſt ſm̄ dignitatē ꝛ ritum
ordinis ſacerdotalis melchiſedech

Vi gloriatur in dn̄o ꝛc̄ An̄ iniciū illi⁹ epl'ę ſcribit ſcūs paul⁹ in eod̄
ca.di. Nō audem⁹ nos inſerere aut ꝯpare q̇buſdaȝ q̄ ſeipos ꝯmen/
dant Tūc ſequitur p̄ſens epl'a(Frēs Qui gloriatur)Gor.ſiue ego ſiue a
lius(in domino glorief) Ly.quaſi di.de bono ope nō mihi gl'aȝ attribuo
ſed deo a quo oīe bonū eſt.ſicut a principali agente (nō em̄ q̄ ſeipm̄ com
mendat)ſcȝ ꝓpriam gl'aȝ quęrēs(ille ꝓbatus eſt)id ē approbat⁹ a deo(ſȝ
quē de⁹ ꝯmendat) Ly.id eſt cōmendabilē facit virtutibus. Hic incipit
xi.ca.(Vtinā ſuſtineretis modicū quid inſipientię meę) Gor.i.ꝙ modicū
gloriarer de regimine meo .qꝛ reuera plus poſſem gloriari. qđ tn̄ ſm̄ eſtia
tionē indiſcretoꝝ reputatur inſipientia.(ſed et ſupportate me) Gor.i.pati
enter audite ſicut ſubditi p̄latum ſuuȝ.(Emulor em̄ vos) Ly.i.feruēter
diligo(dei ęmulatione)id eſt charitatiua dilectione(deſpōdi em̄ vos)ſcȝ ā
nulo fidei(vni viro)ſcȝ chriſto(virginem) Ly.quantū ad fidei integritatē
(caſtā)quantū ad vitę puritatē(exhibere chriſto)qui ſolus eſt ſpōſ⁹ eccię.

¶ Poſtilla.

E virginibus p̄cep.ꝛc̄. Ante iniciū illi⁹ epiſtolę ſcribit ſcūs paul⁹ ī
eodem ca.di. Sanctificatus eſt vir infidelis ꝑ mulierem fidelē. Tunc
ſequitur pn̄s epl'a q̄ legitur in miſſa de virginibus.(Frēs.de virginibus
p̄ceptum nō habeo)Gor.ſ.vt cōtineant vel vt nubāt(ꝯſilium aūt do) ly.
tanquā de meliori bono.ſcȝ de continendo(tanquam miſericordiā conſe



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cutus a deo)Gor.i.apoſtolatū mihi miſericorditer ↄceſſum.(vt ſim fide/
lis)in diſpenſatiōe mihi credita.vñ credendū eſt mihi in cōſilijs.vnde ex h
habetur ꝙ acquieſcendum eſt ↄſilio p̄lati(exiſtimo em̄ hoc eſſe bonum)
Gor.ſcȝ manere in virginitate(ꝓpter inſtātem necitatem. quoniā homini
bonū eſt ſic eſſe)Ly.ſcȝ ad vitandū occupationē circa neceſſaria vitę pñ/
tis q̄ incumbit ↄiugatis circa prouiſionē vxoris ꝛ plis.per quam homo
retrahitur a bono ↄtē
plationis ꝛ diuinę di/
lectionis.(alligat⁹ es
vxori.noli quęrere ſo/
lutionem)Ly.qꝛ forſi
tan caderes ꝑ incōtinē
tiam.Expti em̄ delec/
tationem venereā in a
ctu cōiugali.reuertun
tur ad eā de facili(ſolu
t⁹ es ab vxore.noli q̄/
rere vxorē).ſi vis cōti/
nere qđ maius eſt bo/
num.(ſi autē acceperis
vxorem.non peccaſti)
Ly.quia hoc eſt licitū
viro.ꝛ etiā mulieri.(ꝛ
ſi nupſerit virgo ñ pec
cauit)et hoc manifeſte
eſt contra illos hęreti/
cos qui cōdemnāt ma
trimoniū(tribulatōeȝ
tñ carnis habebūt hu
iuſmodi)Gor.ſcȝ ↄiu
gati..quia habebunt
ſollicitudinem ꝛ afflic
tionē ꝑ rebus necārijs
ꝓcurandis.ꝛ ſibi ꝛ pu
eris ſuis Unde leuius
eſt eſſe ſine cōiugio(e/
go aūt vobis parco)ly
quaſi diceret non ſolū
oſtendam vobis viam perfectionis quę difficilis eſt in obſeruantia virgi
nitatis.ſed etiaȝ matrimoniū cōcedo.ad quod licite poteſtis accedere.cō
deſcendendo in hoc infirmitati veſtrę(hoc itaꝗ dico fratres.tempus eſt).
Lyra ſcilicet vitę humanę Ergo quilibet debet inquantuȝ poteſt ad per
fectionē conari quamdiu habet tempus merendi(Reliquuȝ eſt)id eſt hoc
ſolum reſtat ad agendum.(vt qui habent vxores.tanquam nō habentes
ſint)Lyra.quod fit dupliciter Uno modo vt reddant debitū.nō tamē ex
igant.Alio modo ꝑfectius vt vterꝗ cōiugum de cōmuni conſenſu inci/

Qui gloriatur in domino glorietur.
Nō em̄ qui ſeipſum cōmendat
ſed quē de⁹ ↄmēdat Utinā ſuſtineretis
modicuȝ quid inſipientię meę.ſȝ ꝛ ſup
portate me Emulor em̄ vos dei ęmula
tione Deſpondi em̄ vos vni viro ꝟgi/
nem caſtam exhibere chriſto

Alia epiſtola de virginibus .pri.
Corinthioꝝ.vij.

De virginibus pręceptum nō ha/
bemus.cōſilium autem do tanꝗ
miſericordiam conſecut⁹ a deo vt ſim
fidelis Exiſtimo em̄ hoc bonū eē pro/
pter inſtantem neceſſitatem.quoniam
homini bonum eſt ſic eſſe.Alligat⁹ es
vxori.noli quęrere ſolutionem Solu/
tus es ab vxore.noli quęrere vxorem.
Si autē acceperis vxorem non pecca/
ſti Et ſi nupſerit virgo nō peccauit.
Tribulationeȝ tamē carnis hēbūt hu
iuſmodi Ego aūt vobis parco.hoc ita

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plant cõtinere propter maius bonuz adipiſcenduz (et qui flent). id eſt tri/ſticię materiam habent. quod frequentius contingit in matrimonio pro/pter varios caſus cõtingentes circa cõiugem. prolem. ⁊ familiã (tanquaz non flentes) ſcilicet patienter ſuſtinendo. et ex ſpe futurę retributionis ę/ternę conſolationem recipiendo (et qui gaudent) id eſt materiã gaudendi habent ex aliqua temporali ꝓſperitate circa ſe ⁊ prolem vel familiam cõtingentẽ (tanquam nõ gaudentes) cogitando ꝙ nõ eſt multũ gaudenduz. niſi de bonis ſpũalibus ⁊ ęternis. Proſperitas eñ tꝑalis frequẽter ver/git magis in nocumentũ (⁊ qui emunt tanꝗ̃ nõ poſſidentes) Lyra. cogi

quedico fratres Tempus breue eſt. reliquum eſt. ⁊ qui habent vxores tãquã non habentes ſint. ⁊ qui flent tanquaz non flentes. ⁊ qui gaudent tanquaz nõ gaudentes. ⁊ qui emunt tanquam nõ poſſidentes. ⁊ qui vtuntur hoc mun//do tanquam non vtantur Pręterit eñ figura huius mundi.. Volo autẽ vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore ẽ ſollicitus eſt quę domini ſunt. quomodo placeat deo Qui autem cum vxore ẽ ſollicitus eſt quę ſunt mundi. q̃mo//do placeat vxori. ⁊ diuiſus eſt.. Et mulier innupta ⁊ virgo cogitat quę domini ſunt. vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpiritu in chriſto ieſu domino noſtro

Item alia epiſtola de virginibus Eccleſiaſtici. li.

Onfitebor tibi domine rex ⁊ collaudabo te deum ſaluatorez meum Cõfitebor nomini tuo quoniam adiutor ⁊ ꝓtector factus es mi//

tando ꝙ nõ habemus hic manentẽ ciuitatez ſed futuram inquira/m⁹. (et qui vtũtur hoc mundo) Lyra id ẽ qui poſſunt vti bonis hu/ius mundi. eo ꝙ ſunt diuites et corpore ſaĩ. tanꝗ̃ nõ vtantur) ſcilicet accipiendo de bõis pręſentibus quãtominus poteſt fieri. ſalua tamen decentia ſtatus ⁊ perſonarum. (pręte/rit eñ figura hui⁹ mũdi) quaſi diceret mun/dana. quaſi nihil ęſti/manda ſunt. quia pręterit figura hui⁹ mun/di. Lyra. id ẽ exterior pulchritudo. quę eſt ĩ cõtinua variabilitate Idcirco parum curandum eſt de bonis pręſẽtis vitę. quia nihil eſt ſtabile (volo autẽ vos ſine ſollicitudine eſſe). Lyra. loquẽdo de ſol/licitudĩe ſuperflua ſpĩritualia impediente (q̃ autem ſine vxore ẽ. ſollicitus eſt quę domini ſunt quomodo placeat đo) id eſt habet aptitudinem vt ſit ſollicitus đ bonis ſpiritualibus et ęternis. (qui autem cum vxore eſt). ſcilicet in matri/monio (ſollicitus eſt quę ſunt mundi. quomodo placeat vxori) ⁊ in hoc caſu vir poteſt ſe ſollicite ornare. (⁊ diuiſus eſt) id eſt partim ſeruiens mũdo et partim deo q̃ntumcunq̃ bene viuat in matrimonio. (⁊ mulier innup/

ta)id eſt vidua(et virgo cogitat)id ē maiorē facultatē habet cogitādi(que domini ſunt ſcȝ ſpūalia ⁊ eterna(vt ſit ſancta).ſ.magis ꝙ̄ nupta.(corpore)id eſt corꝑalibus bonis actionibus ⁊ operibus bonis(et ſpū)id ē ſpūalibus actionibus ⁊ virtutibus(in chriſto ieſu dn̄o nr̄o

¶ Poſtilla.

Confitebor tibi dn̄e ⁊c̄ Ante iniciū illius lectionis habetur ſic Doctrinam ſapientie ⁊ diſcipline ſcripſit in codice iſto ieſus filius ſyrach hieroſolomyta. Beatus q̄ verſatur in iſtis bonis. qui ponit illa in corde ſuo ſapiens erit. Tūc ſequitur lectio p̄ſēs q̄ legitur ꝓ ep̄la in miſſa de virginibus (Cōfitebor tibi dn̄e)Rex. ōniū rex ꝑ creationem. (rex ꝑ eorꝫ gubernationē(⁊ collaudabo te deum ſaluatorē meuȝ)ꝑ ſpecialē mei protectionem (Cōfitebor nomini tuo).ſ.cōfeſſiōe laudis(qm̄ adiutor ⁊ ꝓtector factus es mihi).ſ. ꝓtector in tēptatione. diaboli. ⁊ adiutor ī ꝓmotione boni(et liberaſti corpus meū a ꝑditione)id ē a vitio gule et luxurie.(a laqueo lingue inique)id ē a vitio detractiōis (et a labijs operantium mendacium)ſcȝ perniciosū (et in cōſpectu aſtantiū)ſcȝ angeloꝝ qui ibi ſtant.(factus es mihi adiutor)contra hoſtes corporales ⁊ ſpirituales(et liberaſti me ſcd̄m multitudinem miſericordie nōis tui a rugientibus p̄paratis ad eſcam.de manibus querentium animam meam(q2 diabolus tanꝙ̄ leo rugiens circuit: querens quem deuoret.pri. Petri.v.(et de portis tribulationū que circūdederunt me a preſſura flamme)ſcilicet incenſiuarum libidinis(que circūdedit me)ſcilicet per fomitem exiſtentem in carne mea(et in medio ignis). ſcilicet libidinoſi ardoris(nō ſū eſtuata.de altitudine).id eſt ꝓfunditate. ventris inferi)ſcilicet in qua parte ſunt damnati.Sed ad limbum patrū deſcendebant tunc ſancti(et a lingua coinquinata)id eſt a verbis ſcurrilibus ⁊ immundis(et a verbo mendacij)ſcȝ ꝑniciosi(a rege iniquo).id eſt

bi. ⁊ liberaſti corpus meū a perditione a laqueo lingue inique. ⁊ a labijs operantium mendacium Et in conſpectu aſtātium factus es mihi adiutor. ⁊ liberaſti me ſcd̄m multitudineȝ miſericordie nominis tui a rugientibus preparatis ad eſcam. de manibus querentium animam meam. ⁊ de portis tribulationuȝ que circūdederunt me a preſſuris flāme. que circumdedit me.. ⁊ in medio ignis non ſum eſtuata. De altitudine ventris inferi. et a lingua coinq̄nata. ⁊ a verbo mendacij a rege iniquo. ⁊ lingua iniuſta liberaſti me

¶ Alia epiſtola de virginibus Sapiē tie. viij.

Sapientia vincit maliciam Attingit ergo a fine vſque ad finem

a diabolo q̇ ē rex ſuꝑ ōnes filios ſuꝑbię( et a ligua iniuſta) .i.calūniā te
alios ſine cauſa(liberaſti me ꝺm mltitudīez miſericordię noīs tui ¶ Poſ.
Apientia vincit maliciam. Attingit a ⁊c̄. Ante innicium illiꝰ eplē
ſine lectionis ſcribit ſalamon ſic. Neminem em̄ diligit deus niſi
euz qui cū ſapientia inhabitat ⁊c̄. Tūc ſequit̄ pn̄s lectio(Sapientia)ſcȝ
ęterna(vincit malitiaȝ. Attingit ergo a fine vſqȝ ad finē fortiter )ſcȝ oīa
creata penetrando ſua ꝟtute(⁊ diſponit oīa ſuauiter)qꝛ dat omnibꝰ crea/

fortiter. et diſponit ōnia ſuauiter. Hāc
amaui et exquiſiui eā a iuuētute mea.
queſiui mihi eam ſpōſam aſſumere. ⁊
amator factus ſuȝ formę illius. genero
ſitatez illius glorificat cōtuberniū ha
bens dei Sed ⁊ dominus omniuȝ di
lexit eaȝ. Doctrix eſt eni̅. diſciplinę dī.
⁊ electrix operum illius.

¶ Alia epiſtola quę legitur in miſſis
cōmunibꝰ ꝓ defūctis Apocalip .xiiij.

N diebus illis Audiui vocem de
cęlo dicentem mihi. Scribe beati
mortui qui in domino moriuntur
Ammodo iaȝ dicit ſpiritus vt requieſ
cant a laboribus ſuis opera enim illo/
rum ſequuntur illos

¶ Sequitur alia epiſtola quę legitur
in pręſentia defuncti. i. Ad Theſſalo/
niſenſes. iiij.

turis formas ⁊ incliā
tiōes ꝑ quas mouent
naturaliter actꝰ ſuos.
Sicut lapidi grauita
tē ꝑ quaȝ naturalit̄ tē
dū deorſū(Hāc ama
ui)ſcȝ ſingulariter (et
exquiſiui eā a iuuētu
te mea) ſcȝ petendo a/
deo mihi dari ( ⁊ q̄ſiui
mihi eam ſpōſaȝ aſſu
mere. i. eius meditatio
nibꝰ in ſeꝑabiliter ad
herē (et amator factꝰ
ſū formę illiꝰ) Eſt eniȝ
deco⁊ aīę aſſimilans
eā decori creatoris (ge
neroſitatē illiꝰ glorifi
cat). i. glōſā ꝯfitet̄ (cō
tuberniū habēs dī). i.
hō hn̄s ꝯtuberniū dei
ꝑ charitatem ꝑ quam
hō manet in deo ⁊ deꝰ
in eo (ſȝ ⁊ dominus ō
nium dilexit eam ) ſcȝ
in quantum ipſa facit
homīes deo diligibi/
les(doctrix ē em̄ diſci/
plinę dei) Nā donum ſapientię facit habenteɱ ſubdere mādatis diuinis
(⁊ electrix operuȝ illius ) Nam per ipſam elegit homo opera deo placita
N diebꝰ illis. Audiui vocē de cęlo dicenteȝ mihi . Scribe) tanq̄ȝ
rem nobiliſſimam(Beati mortui qui in dn̄o moriunt̄ ) Ly. id eſt
in cōfeſſione dn̄i noſtri ieſu chriſti(Amodo iam dicit ſpūs) ſcȝ ſanctꝰ qui
cuȝ patre ⁊ filio eſt vnus deus( vt requieſcāt a laboribꝰ ſuis)nam ī bea/
titudine appetitꝰ totaliter quietabit̄ (oꝑa em̄ illoꝝ) ſcȝ quę ſunt merito/
ria vitę ęternę.(ſequūt̄ illos). ſ. ī btītudine q̄ȝ recipiūt ꝓ ipſis. ¶ Poſtilla
Olumus autem vos ignorare fratres ⁊c̄. Ante initiū illius epiſto/
lę ſcribit ſcūs paulus in eo /ca. dicens Rogamus vos frēs vt hone
ſte ambuletis ad eos qui foris ſunt ⁊ nullus aliquis deſideretis. Tunc

## Pagina

Tunc ſtatim ſeqꝲꝛ preſens ep'la. (Nolumꝰ vos ignorare fratres de dor
mientibus) Gorra .i. de mortuis. quos dormientes appellat. ꝓpter reſurre
ctionem facilitatē. ita eīm de facili excitabūtur de morte. ſicut dormientes
a ſomno (vt nō cōtriſtemini) incōſolabiliter de morte amicoꝝ (ſicut ⁊ cete/
ri) ſcꝫ infideles (qui ſpem nō habent) ſcꝫ reſurrectionis future Sciendum
ꝙ infideles qui nō habent fidē reſurrectionis. tales nō habent magnam
cauſam amicos defunctos lugendi. quaſi incōſolabiliter. nō autē ſic chri
ſtiani qui habent ſpeꝫ
reſurgēdi. ꝓpter quod
reprehenſibile eſt chriſti
anis immoderate mor
tuos lugere. quia in h
aſſimilantur infideli/
bus ſpem future reſur
rectionis non habenti
bus Lugere autem
defunctos moderate ē
opus pietatis. (Si eī
credimus ꝙ ieſus mor
tuus eſt ⁊ reſurrexit).
Si pro quia Nam ad
articulos fidei pertinꝫ
credere ieſuꝫ vere mor
tuū fuiſſe ⁊ vere reſur
rexiſſe (ita ⁊ deus). ſ. prī
qui ſuſcitauit ieſum.
(eos qui dormierunt)
ſcꝫ ſomno mortis (p ie
ſum). id eſt in fide ieſu
chriſti (adducet) ſcilicꝫ
vt ſint in eadē beatitu
dine ⁊ immortalitate (cū eo) id eſt cum chriſto Unde Joan. xij. Volo pa
ter vt vbi ego ſum. illic ⁊ ſit miniſter meus (hoc eīm vobis dicimus ī vbo
domini) ſcilicet quod docuit nos (quia nos qui viuimus) Gor id eſt ꝙ tūc
viuemus (qui reſidui ſumus) ſcilicet adhuc viui relicti ceteris iam mortu
is (in aduentu domini) ſcilicet ad iudiciū (non pueniemus) Lyra. in reſur
rectione futura (eos qui dormierunt) id eſt longo tempore āte mortui ſtꝫ
quia reſurrectio fiet virtute diuina que operatur in inſtanti. quia in mo/
mento in ictu oculi reſurgent mortui (quoniam ipſe dominus). ſcꝫ in pro
pria perſona (in iuſſu) Gorra. i. imperandi poteſtate. non in humilitate. ſi
cut in primo aduentu Non equitabit ſuper aſinam. nō portabit crucē in
dorſo ſuo. vt patꝫ Mat. xxiiij. Videbunt filium hominis venientē cum
poteſtate magna ⁊ maieſtate (et in voce archangeli) id eſt facto miniſterio
alicuius archangeli qua dicetur. Surgite mortui venite ad iudiciū. (⁊ in
tuba dei) id eſt chriſti Et vocat vocem illam tubā. propter ſonuꝫ eiꝰ ter
ribilem (deſcendet de celo) localiter in aera Nam iudicabit in forma hūa

Nolumus autem vos ignorare
fratres de dormiētibꝰ vt nō cō
triſtemini ſicut ⁊ ceteri qui ſpē
non habent. Si enim credimus quod
ieſus mortuus eſt et reſurrexit. ita ⁊ de
us eos ꝗ dormierūt p ieſū adducꝫ cū eo
Hoc eī diximꝰ vob ī vbo dnī. ꝗa nos
ꝗ viuimꝰ ꝗ reſidui ſumꝰ ī aduētu do/
mini non preueniemꝰ eos qui dormie
runt Quoniam ipſe dominus in iuſſu
et in voce archangeli. ⁊ in tuba dei de/
ſcendet de celo. ⁊ mortui qui in chriſto
ſunt reſurgent primi. deinde nos ꝗ vi/
uimus qui relinꝗmur ſimul rapiemur
cum illis in nubibus obuiam chriſto ī
aera. ⁊ ſic ſemper cum domino erimus
Itaqꝫ cōſolamini inuicem in verbis iſtis

na. Sicut dictur Actuū. i. Hic ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in celū. ſic veniet quēadmoduz vidiſtis eum euntem in celum. (et mortui qui in chriſto ſunt) id eſt in eius fide mortui (reſurgent primi) tempore ſᵐ qſdaz ſcdm alios nō tempore. ſed dignitate (deinde nos qui viuimus). Gor. id ē illi de nobis qui ceteris mortuis tunc viui erunt (qui relinquimur). id eſt qui reſidui ab antichriſti perſecutionibus erimus (ſimul cum illis) q̇ nos ad requiem p̄ceſſerunt (et rapiemur in nubibus) ſcʒ ab angelis. (obuiam chriſto) Lyra. id eſt venienti ad iudicium ſuper vallem ioſaphat. Unde Johelis. iij. Congregabo omnes gentes ⁊ deducaz eos in vallem ioſaphat. quia ibi ſedebo vt iudicem omnes (et ſic ſemper cū domino erimus) quia electi a chriſto non ſeparabuntur amplius. ſʒ ſēper erunt ſibi coniūcti nō ſolum in anima. ſʒ etiam in corpore. (itaq̧ cōſolamini). Gloſa ordinaria. ſcʒ de morte animarū. (inuicem). ſcilicet alter ad alterū. (in verbis iſtis). ſcilicʒ de reſurrectione fidelium.

## ¶ Sequitur alia epiſtola in anniuerſario defunctorum. ij. Machabe. xij.

In diebus illis vir fortiſſimus iudas facta collatione duodecī millia drachmas argenti miſit hieroſolymam offerri ea pro peccatis mortuorum iuſte et religioſe de reſurrectiōe cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret ſuperfluum videretur: et vanum orare pro mortuis. Et quia conſiderabat quod hi qui cuʒ pietate dormitionem acceperant. optimam haberent repoſitam gratiam Sancta ergo et ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. vt a peccatis ſoluantur

¶ Poſtilla

In diebus illis vir fortis ⁊c. Ante inicium illius epiſtolę legitur de maximis p̄lijs et triūphis. quę iudas machabeus cum fratribus ſuis dei adiutorio obtinuit. Primo quandam ciuitatem firmam muris nomine capſphym. ī qua habitabant turbę promiſcuarum gentium. quę confidebant in ſtabilitatem murorum remiſſius agebant maledictis laceſcentes iudam ac blaſphemantes et loquentes. quę fas non eſt dicere Machabeus autem inuocato diuino auxilio innumerabiles interfecit. vt ſtagnuʒ circa iacens ſanguine flueret Item poſt hoc iudas machabeus cum ſex millibus iuit contra thimotheum. qui habuit. cxx. millia peditum. ⁊ equituʒ duo millia quingenti Et iudas cum ſex millibus proſtrauit triginta millia virorum. Item poſt hoc mouit iudas machabeus exercitū cōtra Gorgiam prepoſitū idumeę. cū tribus millib⁹ peditū. ⁊ eq̄tib⁹. xl. q̄b⁹ ꝯgreſ/